dam diſtantiā:poſtea vo bifurcat̄. Et ex his apꝑet tibi ꝗ
ſit colligātia chiſtis fellis:qꝛ colligātiam habꝫ cū epate
inteſtinis ⁊ ſtomacho. Item habꝫ colligātiā rōne venaꝝ
arteriaꝝ ⁊ neruoꝝ cū alys:eo ꝙ ad ipm̄ pꝛeter dictū ca/
nale ꝑueniunt vene ⁊ arterie quas potes videre ad ſen/
ſum ad ipm̄ nutriendū: qꝛ ex eo non nutrit̄ qḋ peruenit
ad ꝯcauitatem eius ſꝫm Gal'.eodeꝫ tertio:ſicut ad ipſum
perueniunt nerui:quib⁹ mediātibus habet ſenſus. Et ex
his apꝑet tertiū.ſ.quis numerus partiū eius. Et quartuꝫ
que ſit ꝗꝫtitas eius. Quintuꝫ qd ſit figura eius: qꝛ figure
oblonge cū rotnnditate:ſubſtantia eius eſt pellicularis.
Iuuamentū eius pꝫ ex dictis:qꝛ factus eſt ad attrahen/
dum colerā rub.⁊ ſuꝑfluā ab epate:ad expellēduꝫ eā ad
inteſtina vt dictū eſt:⁊ ex his potes videre ꝗ ſūt infirmi/
tates ꝗ ab ipo pn̄t ꝯtingere:⁊ ſunt valde nocētes:qꝛ ſunt
opilatiōes. Iſta aūt opillatio pōt eſſe triplex:qꝛ vel ē op/
pilatio facta in collo eius cōl:vel in aliquo ramoꝝ eius:
ſi ſit oppilatio in collo eius cōi:tūc cū col'a non expurget̄
ab epate cū ſanguine ꝑmiſcet̄ ꝑ totuꝫ coꝛpus: ⁊ ſi ipſa ſit
ſubtilis col'a ⁊ coꝛp⁹ ſit aptū ad febꝛes:eſt cā febꝛiū putri
daꝝ colericaꝝ.ſi vo ēt ſit groſſa cā erit icteritie: ⁊ tūc ege
ſtiones poterūt eē colerice:ſꝫ tm̄ magl ⁊ min⁹ ſꝫm ꝙ plus
⁊ min⁹ de col'a trāſit ad inteſtina. Interdū tm̄ ē ꝙ oppila
tio tm̄ eſt in canali q ꝑuenit ad inteſtina:⁊ tūc col'a attra
hit̄ ad chiſtim fellis:⁊ nō pōt expelli ad inteſtina: qꝛ ca/
nalis clauſus ē:⁊ tūc putrefit ⁊ gnābit febꝛē tertianā vel
continuā:⁊ egeſtiōes nō erūt tincte:ſed vꝛina ſic.qn̄qꝫ vo
erit oppilatio in canali q ꝑuenit ad epar:⁊ tūc egeſtio nō
erit tincta neqꝫ ad chiſtim attrahet̄ col'a:⁊ iō in eo nō cō
tinebit̄:⁊ ꝑ ꝯn̄s nō putrefiet in loco ꝑcipuo: ⁊ iō colericā
gnāt icteritiā vel febꝛē cōtinuā. Et nō.bn̄ has oppilatio/
nes:qꝛ multū tibi valēt ad curā:⁊ multotiēs ꝯtingūt. Et
ex his habes anothomiā ꝑfectā epatis. Et his expeditis
potes eleuare ſplenē ⁊ abſcidere epar:ſꝫ nō ex toto: ſꝫ cir/
ca gibbū ei⁹ vbi ē oꝛigo vene chilis dimitte quādā ꝑteꝫ:
vt alia videas ꝗ reſeruauim⁹ ad poſterioꝛa de epate ⁊ ve/
na illa.ſtomachū aūt dimittas:ſed eleua meſenteriuꝫ: qꝛ
eius anothamiā vidiſti in anothomia inteſtinoꝝ.

¶ De Anothomia duaꝝ emulgentium renum.

QUibus omnibus eleuatis tibi apꝑebit vena magna que eſt ramus chilis deſcendēs: ⁊ arteria magna que eſt ramus adoꝛti deſcendēs: ⁊ qñ iſta vena chilis eſt ī directo renū: ramificant̄ ab eo due vene q̄ vocātur emulgentes: quaꝝ vna vadit ad renē dextrū ⁊ altera ad ſiniſtrū: oꝛificia tñ iſtaꝝ non ſunt in directo: ſed vnuʒ eſt altius ⁊ ſuperius altero: ⁊ hoc ne vnus ren īpediat alterum in attrahendo. ſuperius aūt vt in pluribꝰ eſt oꝛificium vene que peruenit ad renē dextrū. inferius v̓o eiꝰ que peruenit ad renē ſiniſtrū: ⁊ lʒ aliquādo ſit ecōtrario. Et cā illius fuit: qꝛ vt in pluribꝰ ren dexter debʒ eſſe magis eleuatus ad ſuperioꝛa ſiniſtro: ⁊ hoc qꝛ calidi eſt eleuare. ipſe aūt calidioꝛ eſt ſiniſtro. Itē qꝛ monoculū iteſtinum erat locatū in dextra parte ſub rene. Iteʒ epar erat eleuatū ſuperius. ſplē v̓o in latere ſiniſtro magnis deſcendebat: ſed ſi alicui epar eſſet magnū monoculū eſſet paruum. colon v̓o in parte ſiniſtra eſſet eleuatuʒ: ⁊ pars ſiue ren ſiniſter eſſet calidioꝛ dextro ⁊ eēt ꝯ̄rio modo. hoc tñ raro eſt. Quelibet haꝝ emulgentiū vadit ad renis ꝯcauitatem: ⁊ ideo debes vnā eaꝝ excarnare: ⁊ melius eſt ꝙ excarnes leuiter illā q̄ venit ad renē dextrū: ꝓpter cām que dicet̄: ⁊ in ea ponas tentā: ⁊ videbis ꝙ ad cauernoſitates ⁊ ꝯcauitatē renis venit: cuius renis iā apparet tibi locus: qꝛ locus eius eſt q̄ſi iuxta epar: ſed tu dices: q̄re nō fuit inferius iuxta veſicaʒ. dico ꝙ cā huius fuit: vt bene attraheret aquoſitatē ab epate. qñ enī mēbꝛuʒ attrahēs eſt pꝛope illud a quo dʒ attrahere: attractio eſt melioꝛ. Colligantia eius cū epate etiā apꝑet: qꝛ magnā venā recipit ab epate mediāte vena chili: ⁊ per venā illā aquoſitatem vꝛinalē q̄ amodo ē ſuperflua coꝛpi poſtq̄ȝ ſanguis egreſſus eſt epar attrahat ⁊ expellat: ſed cū hac aquoſitate attrahit̄ etiā ſanguis: qꝛ ſm̄ Gal. de iuuamentis .c.3. ⁊ z. de virtutibꝰ nālibus: ad mēbꝛa aliq̄ ad q̄ attrahit̄ ſuperfluitas aliq̄ per canalē latū: ſimul cū ſupfluitate iuuatiuum. ſ. ſanguis: ⁊ eſt cā: quare ad ſplenē ⁊ renē ſimul cū ſupfluo ꝓpꝛio vnicuiq̄ȝ attrahit̄ ſanguis: ſed ad vtranq̄ȝ veſicaʒ: fellis. ſ. ⁊ vꝛine pura ſupfluitas attrahit̄ ſine ſanguine: ⁊ ex hoc apꝑet tibi ꝙ ſi vꝛina ad renes ꝑuenit cū ſanguine mixta: ⁊ ad veſicā depurata ⁊ ſepata a ſanguīe: ergo opʒ ꝙ in renibus depuret̄ ⁊ colet̄. Colat̄ aūt: qꝛ ad concauitatē ꝑuenit renū: quā videre d̄bes ſcindendo renem in pte gibboſa eius nō ꝯcaua: ⁊ ꝑ longum ꝓtrahere vſq̄ȝquo ꝯcauitatē videas: tūc ſtatim apꝑet tibi quidam panniculus ſiue pānus rarus: ⁊ iſte eſt vena emulgēs rarefacta ad modū colatoꝛy: ⁊ per poꝛroſitates has poteſt vꝛina tranſire. ſanguis aūt nō: ⁊ ideo colat̄ vꝛina ⁊ diſtillat inferius in rene ad oꝛificiū: cui ꝯtinuat̄ poꝛrus vꝛitides qui deſcendit inferius vſq̄ȝ ad veſicam: ⁊ vꝛina per īpm deſcēdit ad veſicā: ⁊ ex hoc apꝑet tibi ꝙ hʒ colligātiam cū veſica: ſicut habʒ colligātiā per arteriaʒ: que ad īpm peruenit cū coꝛde ⁊ cū cerebꝛo rōne neruoꝝ: q ꝑueniunt a nucha ad texendū pāniculū eius: quo mediante ſentit ⁊ ſanguis remanet in rene: ⁊ attrahit ad ſubam eiꝰ ⁊ nutrit renē. Ex his apꝑet tertiū. ſ. qs numerus eiꝰ ꝑtiū: qꝛ pꝛimo numerus diſcretus ē: ꝙ ſunt duo: dexter. ſ. ⁊ ſiniſter. Et cā vna fuit: vt ſi nocumentū accidit vni operatio ꝑficiat̄ per alterū. Cauſa ſcđa fuit: vt totā ſupfluitateʒ aquoſam: q̄ multa eſt plus q̄ȝ aliq̄ alia ſcđe digeſtiōis bñ ⁊ cōplete poſſent attrahere: ⁊ ex hoc apꝑet ꝙ non fuit tm̄ vnus ſicut vnus ſplē ⁊ vnus chiſtis fellis. Sed tu dices: quare nō fuit vnus magnus potēs attrahere totā aquoſitatem. Ad hoc dicit Gal. loco pꝛeallegato ꝙ ſi eſſet tm̄ vnus magnus: tunc coꝛpus humanū erectū nō eēt equū in lateribus: ſed ineq̄le: qđ verēdū ⁊ enoꝛme eſt. Numerus aūt partiū pʒ: qꝛ hʒ ſubam ꝓpꝛiā: ⁊ cōcauitatem: ⁊ panniculū: ⁊ colatoꝛiū. Quarto notes q̄ȝtitatē ⁊ figurā: nā figure eſt oblonge: vt in ipſo diſtincta foꝛēt duo oꝛificia predicta. Apparet ⁊. 5º. que ſit ſuba eius: qꝛ carnoſa ⁊ ſolida multū: vt ab aquoſitate moꝛdicatiua nō ledatur ⁊ ſoluatur. Apparēt etiā iuuamēta renū. ¶ Et ex his notes ꝙ in renibꝰ ex quolibet genere egritudis accidit difficilis egritudo. Pꝛimo ex moꝛbo cōplexionali: vt ex ſupflua caliditate diabetes: q̄ ſm̄ Gal. 6º. de interi. aſſimilat̄ lienterie ſtomachi: qꝛ tota aquoſitas ſubito attrahitur: ⁊ expellitur ſine digeſtiōe a renibꝰ: patit̄ etiā moꝛbū compoſitionalē ꝓpꝛiā: ⁊ ſpālr in numero: vt arenas: ⁊ lapidē: ⁊ pilos. lapides aūt ⁊ arene ⁊ pilū generant̄ vtplurimuʒ ex eadē materia: ⁊ in eodē loco. nā materia eoꝝ diuʒ ſunt humoꝛes groſſi qui ꝯdenſant̄ ⁊ īſpiſſant̄ a caliditate renum: ⁊ interdū eſt ꝙ paꝝ inſpiſſant̄: ⁊ tunc fiunt pili qui generant̄ ſubtiles ⁊ longi: qꝛ materia illa ꝑ poꝝ aliqueʒ ſtrictū paulatim expellit̄ ⁊ cōtinuata ſicut a poꝛis cutis expellit̄ paulatim ꝯtinue mā pili ⁊ capilli: ⁊ qñ iſta mā plus exiccat̄ ⁊ adurit̄ generat̄ arena: q̄ aggregata generat lapidē: ⁊ h̄ lapis eſt rubeus: qꝛ ren eſt rubeus: ⁊ iſte lapis ſi ſit ita magnus ꝙ nō poſſit egredi per poꝝ vꝛitidē: vel nō frangat̄: difficilime ⁊ quaſi īpoſſibilis eſt cure: qꝛ non niſi per inciſiōem a q̄ penitus caueas: ſi v̓o ſit ꝑuus vel frangibilis difficulter curat̄ ⁊ expellit̄ cū foꝛtiſſimis doloꝛibus cū trāſeat ꝑ membꝛa valde ſenſibilia: ⁊ ingrediatur ꝑ cauernoſitates veſice: q̄ ſunt ita ſtricte: ſed foꝛtitudine virtutis aperiunt̄ ⁊ dilatātur: ⁊ non eſt longinquum ꝙ aliq ſcindant̄. patiunt̄ ēt renes ſolꝰnē ꝯtinuitatis q̄ȝtū ad venā eoꝝ ex q̄ accidit fluxus ſang. cuʒ vꝛina. ¶ Et nota ꝙ hec ſolꝰ huiꝰ vene q̄ eſt cā huiꝰ fluxꝰ ſang. ꝓpꝛie dʒ intelligi ꝙ ſit facta ⁊ ꝙ fiat in ꝑte: in qua vena illa ē ſubtilioꝛ ⁊ rarioꝛ: ⁊ hec ꝑs eſt ꝑs pāniculi colatoꝛy: vt apparuit tibi ad ſenſum. Et iō qñ illa ſoluit̄ cuʒ deberet ſanguinē ꝓhibere deſcēdere nō ꝓhibet̄: iō ſang. egreditur cū vꝛina ⁊ fit mictus ſanguis: v eꝝ eſt ꝙ dicūt aly: ꝙ illđ eſt ex vena ſoluta ſupꝛa renes: ⁊ dicūt ꝙ cā eſt tūc: qꝛ vena debilitat̄ in ꝯtinēdo: ſed tene pꝛimū dictū qꝛ rationabilius eſt: ⁊ ſenſui magis ꝯcoꝛdat. Patit̄ etiā tertio ſiue quarto egritudinē ꝯpoſitā vt apoſtema: ⁊ tūc in eo eſt doloꝛ īfixus ꝑꝑ ſubam ſuā ſolidā: aggrauatiuus: ac ſi lapis eſſet in loco fixꝰ: ⁊ in doloꝛe hoc multū cōicat cum colica: ſed dr̄ia diſtinctiua ipſoꝝ dicta eſt ſupꝛa his completis nō eleues renes: ſed qñ veneris ad vaſa ſꝑmatica vt videas oꝛtū eoꝝ: ⁊ ideo lʒ veſica ſit octauū mēbꝛū ꝯtinuatiōe: tñ ꝑtermittas anothomiā vaſoꝝ ſpermaticoꝝ ⁊ teſticuloꝝ.

¶ De anothomia vaſoꝝ ſꝑmatī i muliere.

DEbes ergo ſcire ꝙ mēbꝛa gnātionis in viris ⁊ mulieribꝰ cōueniunt in aliquo: ⁊ in aliquo nō: īmo in aliquibꝰ differūt. Conueniūt pꝛio in vaſis ſpermaticis q̄ȝtū ad oꝛtū eoꝝ: qꝛ ſʒ Aui. 3º. cañ. fē. 20. ⁊ fen. 21. de anothomia matricis vaſa ſpermatica i viris ⁊ mulieribus oꝛiunt̄ iuxta renes: ita. ſ. ꝙ vaſa q̄ ſunt in ꝑte ſiniſtra oꝛtū hn̄t a vena emulgente ſiniſtra: ⁊ dextra oꝛtuʒ habent ſupꝛa renes a vena chili: ⁊ ab arteria adoꝛti: ⁊ qꝛ he vene habent oꝛtū a coꝛde ⁊ ab epate vt īfra videbis: potes cognoſcere quomodo vaſa ſpermatica ſunt deciſa a coꝛde: qꝛ nō immediate: ſed mediate: ⁊ hoc i viris ⁊ mulieribus potes videre. lʒ aūt ꝯueniant magis in loco originis. in locis aūt ad que terminātur in mulieribus ⁊ viris multū differūt: qꝛ i mulieribꝰ terminant̄ ad mr̄icē in loco exterioꝛi vbi ſūt teſticuli: imo ꝓꝑe loq̄ndo ex̄ mr̄icē reuoluūt̄ ⁊ ꝯtexūtur ⁊ ꝯcauitates ⁊ texture carnibꝰ mi

nutis glandoſis replenē: ꝛ ꝓpterea nō ſunt vere teſticuli ſicut viri. imo ſunt ſicut teſticuli leporis facti ꝓpter ꝑdictam vtilitatē: ꝛ vt generent quādā humiditatē ſalivalem que ſit cā delectationis in mulierib⁹: poſtea vaſa hec penetrāt ſubam matricis ꝛ ad concauitatē ipſi⁹ pertingūt: ꝛ fiūt ora ipſoꝝ: ꝛ vocātur cotilidones: q2 eis mediantib⁹ alligaē fetus matrici: per que fit flux⁹ mēſtruorum: ꝛ quedā ꝑueniunt ad os matricis neruoſum ad portandū humiditatē ſalivalez iam dictā: ꝛ ab his venis ramificanē vel oriunē vene due a quolibꝫ latere: vna que in mirach penetrat: ꝛ aſcendit: ꝛ q̄to plus aſcēdit minus occultaē: ꝛ extra iuxta cutim magis approximat donec perueniat ad mām̄illas: ꝛ ideo in mulierib⁹ qñ facis anothomiā mirach: has venas cōſidera: ꝛ conſerua vſqꝫ ad hunc locū: ꝛ h̄ in muliere. Qm̄ in porca vel alio aīali habente mām̄illas in mirach iſte vene oriunē a matrice et manifeſtanē in mirach: ꝛ p̄ter hanc venā ſiue has venas aſcēdit a ꝓfundo pectoris iuxta ſiue in directo pomi grati vna vena que venit ad mām̄illas ad decoquenduꝫ ſanguinē qui debet cōuerti in lac: ꝛ non videē niſi vna: ꝛ in porcis pregnantib⁹ valde oportet. ꝛ tunc apparebit tibi colligantia matricis: ꝛ mām̄illaꝝ per venas illas: q̄re appoſitio vētoſe ad mām̄illas reſtrigit mēſtruoꝝ fluxū.

¶ De anothomia matricis.

ET vt continueē h̄ ſermo ſi facis anothomiam in muliere debes poſt vaſa ſpermatica videre anothomiā matricis eius: ſicut in alijs mēbris. Videas p̄mo locū ꝛ colligantiā. 2° figurā. 3° quātitatē. 4° ſubaꝫ. 5° numerū partiū eius. 6° iuuamēta ꝛ nocumenta eius. locum eius videbis: q2 eſt ſituata in cōcauitate alkatim: ꝛ eſt cōcauitas illa circūdata ſpondilibus halanis: ꝛ caude a ꝑte poſteriori: ꝛ a ꝑte anteriori pars que dr̄ pectē ſiue femur q2 ipſa imediate locata eſt inter iteſtinū rectuꝫ: qđ eſt ſicut culcitra eius ex parte poſteriori: ꝛ veſicā ex ꝑte anteriori: ꝛ ſpāliter q̄tū ad collum eius: q2 eius collo ſuꝑuenit collū veſice: lꝫ cōcauitas eius altior ſit cōcauitate veſice. Inter dextrū aūt ꝛ ſiniſtrū poſita eſt in medio directe. ¶ Scđo videas colligantiaꝫ eius que maxima ē: q2 colligantiā hꝫ q̄ſi cū oibus mēbris ſuperiorib⁹: q2 cū corde ꝛ epate mediātib⁹ venis ꝛ arterijs: cū cerebro ratiōe neruoꝝ multoꝝ: ꝛ per ꝯñs cū ſtomaco rōne vtrorūqꝫ cū mēbris que ſunt in medio vt dyafragmate: renib⁹ ꝛ mirach: q2 mediātib⁹ his cum p̄dictis colligaē: ꝛ ſpālr̄ cum mām̄illis: vt dixi: lꝫ etiā cū eis ſit colligātia mediātibus alijs venis que oriunē a vena chili aſcēdente q̄ oriuntur ſub furcula: vt infra diceē. Colligata etiā eſt cuꝫ mēbris inferiorib⁹ vti veſica per collū eius: ꝛ inteſtino colon: colligata eſt etiā anchis ꝛ iuncturis ambab⁹ ſcie q̄ ſunt ligamēta groſſa: ꝛ fortia alligātia matricē ad anchas: q̄ iuxta matricē ſunt groſſa et lata: iuxta anchas ſubtilia: ꝓcedētia ſicut cornua a capite aīalis. ꝛ iō vocata ſūt cornua matricis. figura ei⁹ eſt q̄drāgularis: cuꝫ q̄dā rotūditate. hn̄s collū longū in ꝑte iferiori. Et hui⁹ figure cā fuit exigētia loci: ꝛ vtilitas ſiue neceſſitas: ꝑꝑ quā fuit creata. que poſtea diceē. q2 per talē figurā hꝫ diſtinctionē ſeptē cellularum que dicenē iferi⁹. ¶ 3° videas de q̄titate eius: q̄titas eius ꝓpria mediocris eſt ſ̄m q̄titatez veſice: variaē tñ rōne alioꝝ: q2 maioraē vel minoraē rōne ipregnationis. q2 mulier que fecūdauit maiorem matricē hꝫ q̄ ſterilis. 2° rōne coytus. q2 mulier vtens coytu maiorē hꝫ matricē virgine: vel cōtinente vt accidit viris in mēbro pudēdo: eo ꝙ opatio magnificat mēbrū ſ̄m. H. 6. de interiorib⁹. 3° rōne etatis: q2 iuuenis maiorem hꝫ puella. et ſene. 4° rōne ꝯplonis ꝛ habitudis toti⁹. Iſta potes colligere. 3° canonis. fen. 21ª. capi. prealleg. ꝛ ꝓpter iſtas. 4. cauſas mulier quā anothomizaui āno ꝑterito. ſ. 1315. āno xp̄i de mēſe ianuarij maiorē in duplo habebat matricez q̄ illa quā anothomizaui eodē āno de menſe martij. potuit eſſe etiā q̄nta cā quā ibi ponit. A. ſ. q2 p̄ma erat tunc mēſtruata: ꝛ in tp̄e menſtruatiōis ipinguaē ꝛ ingroſſatur matrix. diuerſificaē ēt matrix in q̄titate rōne gn̄ātiōis: qm̄ matrix aīalis pluriū gn̄ātiui maiorē q̄ matrix vni⁹ gn̄ātiui: ꝛ ꝓpterea maior cēties erat matrix porce quam anothomatizaui. 1316. q̄ vnq̄ viderim in femina humana. potuit tñ alia eſſe cā: q2 erat ꝑgnans: ꝛ in vtero hēbat 13. porcellos: ꝛ in ea mōſtraui anothomiā fet⁹ ſiue ꝑgnātis. ¶ 4° videas ſubam eius: q2 eſt neruoſa: ꝛ pelliculoſa vt poſſit dilatari ad fetū continendū: ꝛ iō eſt fride ꝛ ſicce cōplexionis: eſt etiā ſuba ei⁹ ſpiſſa multū. Que ſubtiliaē in dilatatiōe necīa. ¶ 5° videre debes nūerū ꝑtiuꝫ eius: ipſa. n. hꝫ ꝑtes exteriores ꝛ intrinſecas. exteriores ſūt latera eius q̄bus ſunt alligati teſticuli: vaſa ſeminaria iam dicta: ꝛ cornua ei⁹: ꝛ collū: cuius extremitas eſt vulua. Et circa collū nota ꝙ ip̄m eſt longū in q̄titate palmi vt virga: latum ꝛ dilatabile: ꝛ ideo pelliculoſuꝫ: rugoſuꝫ rugas habēs ad modū ſanguiſugarū: vt titillatio ei ex virga in coytu cōtingat: ꝛ in extremitate ei⁹ in ꝑte ſuꝑiori vel anteriori eſt foramē colli veſice intra vuluā per. ij. vl. iij. digitos. ꝛ in extremitate vulue ſunt due pellicule ſe eleuātes ꝛ declinātes ſupra orificiū p̄dictū: vt ꝓhibeāt ingreſſum aeris: ꝛ reꝝ extraneaꝝ in colluꝫ matricis: vel veſice ſicut pellicula ꝓputij tueē veretrū: ꝛ iō vocat eā Auic. loco p̄alleg. ꝓputia matricis. ¶ Partes intrinſecas videre potes ſcindendo eā per mediū: ꝛ tūc videbis os eius ꝛ cōcauitatē eius: os eius eſt neruoſuꝫ multū factū ad modū oris catuli nuper nati: vel vt ꝓprius loq̄r ad moduꝫ oris tinche antique: ꝛ in ſuꝑficie eius in virginib⁹ eſt velatuꝫ velamine ſubtili venoſo: ꝛ in violatis rumpiē: ꝛ ideo ſanguinanē. Cōcauitas vero ei⁹ hꝫ ſeptē cellulas: tres in ꝑte dextra: ꝛ tres in ꝑte ſiniſtra: ꝛ vnā in ſūmitate vel medio eius: ꝛ iſte cellule nō ſunt niſi quedā cōcauitates in mr̄ice exiſtētes in q̄bus pōt ſperma coagulari cū mēſtruo: ꝛ cōtineri: ꝛ alligari orificijs venarū. Ex his oibus apparēt iuuamēta matricis: q2 p̄ncipalr̄ eſt facta. ꝓpter cōceptionem: ꝛ per ꝯñs vt totū corpus ſuꝑfluo ſanguine idigeſto purgeē. ꝛ hoc in hoīe: q2 alia aīalia menſtruoꝝ fluxū non patiunē: q2 tales ſuꝑfluitates cōſumunē in eis in pellem pilos: vngues: roſtra: pennas: ꝛ hꝫ. hō aūt caruit iſtis. Ex his pꝫ ꝙ multis paſſionib⁹ eſt ſubmiſſa: ꝛ multa mēbra ꝑ cōpaſſionē eidē cōpatiunē: que ſint paſſiōes ei ꝓprie: accidentia cāe ꝛ cure longinquū eſſet narrare: ꝛ extra propriā intentionē. ſed q̄re in locis p̄alle. appropriatis: vt in 3° cañ. fen. 21ª. a Serapione. Raſi ꝛ alijs paſſiones que ei cōpaſſiones exiſtūt: ſunt tot quot ſūt mēbra q̄bus eſt colligata: ſiue localr̄ eſt alligata. Que ſint ille dictū eſt iam: et vidiſti: vnū tñ ex anothomia potes perpēdere qđ ponit. H. 6. de iteriorib⁹. ſ. ꝙ ſuffocatio matricis nō fit: q2 matrix corporaliter moueaē vſqꝫ ad gulā vel pulmonez. q2 hoc eſt ipoſſibile. ſed hoc accidit: q2 ipſa nō potens expellere vapores per partes inferiores ꝓpter aliquā cauſaꝫ: mouetur ꝛ conſtringiē in parte inferiori: vt expellat ad ſuperiora. ꝛ ſi iſti vapores per colligantiā iam dictā proueniant ad ſtomacū per cōpaſſiōes ad arteriā adorti faciunt ſingultū: ꝛ eructuationē frequenter: ꝛ tūc mulieres dicunt ꝙ habent matricez in ſtomaco. Si vero hi vapores perueniāt ad pulmonē ꝛ impediant operationē eius vel dyafragmatis. ſ. anhelitū dicunt mulieres ꝙ habent matricem in gula: q2 gula ſiue trachea arteria eſt ordinata ad operationem anhelitus imediate. Si vero illi va/

pores perueniant ad cor:quod raro contingit.ſuffocationem cū ſincopi patiuntur:⁊ dicunt tunc mulieres ꝙ matrix ad eaꝝ cor peruenit:veꝝ eſt ꝙ hec ſuffocatio fit per compaſſionem ad dyafragma:ꝓpter alligationem quaꝫ habet matrix ad dyafragma ⁊ lumbos.non eñi ipſa ꝑuenit ad hec membra:ſed vapor. Quomodo aūt poſſit ⁊ ꝑ quas vias peruenire ad ipa potuiſti videre que ſit curatio ⁊ cum quibus:queras ab auctoribus: qꝛ anothomia in his principaliter dat noticiam locoꝝ.

### De Anothomia didimi.

ETiam narraui anathomiam matricis ⁊ vaſoꝝ ſpermaticoꝝ mulieris: ⁊ viſa eſt cōuenientia ipſoꝝ in viris ⁊ mulieribus q̄ntū ad originē:ſed dr̄ia eſt:qꝛ in viris teſticuli ſunt extra ſicut ſunt in quolibꝫ animali:qđ dꝫ eſſe moroſum in coitu:ſicut ſūt oīa quadrupedia ꝑter ericiū. vaſa hec ſpermatica intra mirach nō terminātur:ſꝫ egrediunt̄ mirach ⁊ teſticulis ſuſpendunt̄ duobꝰ ſuſpēſorijs: ⁊ qꝛ mēbra nobilia vt ſint tuta a nocumētis extrinſecis debent eſſe velata pānicułis iuxta vaſa in ſiphach nō cōtenta:velata ſunt pāniculo orto a ſiphach: qui noiat̄ didimus:cuius orificiū eſt in fine ilioꝝ clauſum ſm naturam exiſtens:in ꝓceſſu vō eius ſm q̄titateꝫ vaſoꝝ dilatatum exiſtit:in fine eius dilatat̄ ad q̄titatē teſticuloꝝ: ⁊ in ꝑte illa vocat̄ burſa teſticuloꝝ ſiue oſeū: ⁊ ſic appꝫ tibi figura iſtius didimi:⁊ q̄titas:⁊ numeruꝫ partiū eiꝰ: ⁊ ſubſtantia:⁊ poſitio ſiue colligātia. Apparet etiā iuuamentū eius:qꝛ factus eſt ad cōtinendū ⁊ cuſtodiendum teſticulos ⁊ vaſa ſꝑmatica veniētia ad eos: egritudo eiꝰ ſpecialis:cuius cognitio ⁊ cura declarat̄ ex anothomia ē dilatatio orificij eius ꝑter nām:que cā eſt vt illa q̄ intra ſiphach ꝯtinent̄ deſcendant in oſeū:⁊ talis deſcenſus dr̄ hernia:⁊ qꝛ id qđ deſcendere pōt eſt vētoſitas vel aquoſitas vel inteſtinuꝫ:hernia triplex eſt: ventoſa:aquoſa: ⁊ inteſtinalis.carnoſa vō non cauſat̄ ex deſcenſu alicuius. Curant̄ aūt he paſſiōes per ꝯſtrictiua empl̄a ⁊ ligatiōes ſm ꝙ ponūt auctores:ſed illa q̄ eſt inteſtinalis: ſpālr̄ qñ iam preceſſit cyrurgia ꝓprie curat̄: ⁊ moduꝫ videas: qꝛ ſupinat̄ hō ⁊ inteſtina reintromittunt̄: ſiue ad ꝓpriū locum reducunt̄.poſtea teſticulus ducit̄ ſupius donec ſit in loco altiori in quo poſſit eſſe:⁊ illū locū ſigna: qꝛ tunc eſt recte ſuꝑ oſſe femoris:⁊ in loco illo debꝫ fieri inciſio vel perforatio nō ſupra locū illū:qꝛ tūc ꝑforaret̄ mirach ⁊ aliqđ inteſtinoꝝ.nō dꝫ etiā fieri infra locū illū:qꝛ remaneret poſt ꝯſolidationē illā eminentia magna preter naturā in ſignato loco dꝫ fieri ꝑforatio: ⁊ iſta fit a ꝗbuſdaꝫ cum raſorio:⁊ citius expediūt ⁊ vadunt circūcirca excarnando dindimū ⁊ teſticulū ab oſeo:⁊ poſtea ligāt in ꝑte ſuperiori:⁊ abſcindūt didimū ⁊ vaſa ſpermatica cū teſticulo ⁊ ꝯſolidant poſtea: ⁊ iſta cura cito fit.ꝗdaꝫ ſunt ꝗ ſolum excarnāt didimū ⁊ non teſticulū:⁊ ſunt ⁊ ligāt ī ꝑte ſuperiori:⁊ apponūt medicamina fortiter conſtrictiua:⁊ ſic dimittūt:vel fit iſta ꝑforatio cū farmaco cauſtico corrumpente ⁊ adurente cutim in loco illo:poſtea ponūt arſenicū ſublimatū qđ corrodit ⁊ cauſticat ⁊ ꝯſtringit adurendo:⁊ continue partes didimi corruptas extrahunt. poſtea vero conſolidant.

### De Anothomia teſticuloꝝ ⁊ vaſorum ſpermatis.

EXpedito didimo debes videre qđ ponūt auctores ſcꝫ ꝙ vaſa ſpermatica ſunt duplicia.ſ.preparātia:⁊ deferentia.preparātia ſunt q̄ deſcendunt a locis predictis.ſ.ad teſticulos ⁊ circa partē ſuperiorem teſticuloꝝ inuoluūtur:⁊ quaſi ſaccū ibi faciūt.nō.n. ſubſt.itiā teſticuloꝝ ingrediūtur:⁊ iſta vaſa ſunt venoſa ⁊ neruoſa.alia vō ſunt q̄ iſtis ꝯtinuātur neruoſa magis:⁊ q̄toplus aſcendūt a teſticulis magis ſunt neruoſa:⁊ aſcēdunt vſqꝫ ad locū oſſis femoris:vbi incipit didimꝰ egredi:⁊ tunc ꝓfundātur interius iuxta loca veſice vel colli eius:⁊ tandē ꝓcedūt vſqꝫ ad virgā:⁊ ad meatū virge ꝑueniunt in loco qui eſt in foramine oſſis femoris: ⁊ tunc per meatus:ꝗ ſunt ibi duo:ſicut vaſa ſꝑmatica ſunt duo: emittunt ſperma quod apportauerūt a teſticulis: qđ ab eis generatū fuit in vaſis alijs:⁊ illđ ſperma euomunt in canale virge.virga vō poſtea extramittit. veꝝ eſt ꝙ illa foramina non bene poteris videre:niſi qñ anothomizas virgam:⁊ ex his tibi de vaſis ſpermaticis ⁊ teſticulis hominis figura appꝫ ⁊ ſubſtātia:qꝛ teſticuli ſunt glandoſi: apparet q̄titas:numerus:poſitio:⁊ colligantia: appꝫ ēt iuuamentū eoꝝ:⁊ ex his apparet egritudo: qꝛ qñ incidūtur vel apoſtemant̄:vel oppillant̄ vaſa.vel alia de cauſa materia ſpermatis non ꝑuenit:ꝙ ceſſat coitus:ſicut iterdum ꝓpter oppoſitas cauſas fit emiſſio ſpermatis inuoluntaria:⁊ maxime contingit ꝓpter ſpaſmum vel mollificationem predictorum vaſoꝝ.

### De Anothomia veſice.

HIs cōpletis eleua renes ⁊ vade excarnādo vnū poꝝ vtridem vel ambos:⁊ videbis ꝙ terminat̄ ad veſicā iuxta mediū eius:⁊ nō ē perforās veſicam directe vno foramine magno:ſed foraminibus paruis ⁊ obliq̄s a laterībꝰ ꝓcedentibꝰ inter tunicam ⁊ tunicā.vel intra tunicā ⁊ coopertoriū:⁊ hoc fuit factū vt quādo impleret̄ veſica vrina:vrina non rediret ad renes:oīno q̄to plus implet̄ magis foramīa illa claudunt̄:qꝛ paries vnius tunice ad parietē alterīꝰ ſiue coopertoriū applicat̄:ſcinde ergo veſicā:⁊ videbis magnaꝫ eius ꝯcauitatē q̄ neruoſa eſt:videbis etiā collū carnoſuꝫ ⁊ muſculoſū: vt temporibus determinatis qñ oportet: ⁊ hō vult:expellat vrinā:⁊ quādo eſt neceſſariū retineat:⁊ qꝛ muſculoſum eſt eius colluꝫ: ſi incidat̄ veſica in collo eius:pōt ꝯſolidari. ſi in fundo nō:collū aūt eius foratū ē foramine paruo ꝑ quod emittit vrinā ad canalē vͥge:⁊ ex̄ egredit̄.nā illud collū ſtatim ꝯtinuatū eſt cuꝫ preputio virge vt potes videre:⁊ ſic ipſius veſice appꝫ q̄titas:locus ſiue colligantia:numerus:ſubſtātia: ⁊ iuuamentum. egritudines pōt pati oīum modoꝝ.vnā tamē patit̄ q̄ dr̄ litiaſis:nā in concauitate eius pōt generari lapis ex humoribus mucillaginoſis cōgregatis in ea:⁊ ꝯdenſatis caliditate ſuperflua:⁊ hic lapis curat̄ cū diſſoluentibꝰ ipm: vel per inciſionē:nā hic lapis debite ſituato hoīe ne poſſit ſe mouere ſedendo:debꝫ cū digito poſito per anum: ⁊ cum manu alia poſita ſupra femur ꝯduci ad collū veſice: ⁊ conductus ibi retineri:⁊ poſtea debꝫ fieri iciſio in loco colli:⁊ cū traiectorio violēter extrahi:⁊ hoc ſi lapis ē magnus.Si vō eſt paruꝰ ꝙ poſſit per canalē virge extrahi: debet per cōpreſſionē factā cū digitis ex collo veſice cōduci vſqꝫ ad virgā:⁊ ſi non egreditur: cū traiectorio ꝑuo debet extrahi.

### De Anothomia virge.

VLtimo vō eſt virga cōtinuata cum collo veſice carnoſo cōtinuata multis ligamentis ⁊ chordis q̄ oriunt̄ ab oſſe femoris cū mł'tis neruis ortl a nucha: ⁊ iđ valde ſenſibilis eſt ⁊ extenſibilis. Continuata eſt etiā cū maximis venis ⁊ arterijs ortis a vena deſcendēte:⁊ arteria ī loco vbi bifurcat̄ ad duas anchas: qꝛ ad virgā ⁊ linguā veniunt maiores vene ⁊ arterie q̄ ad aliqđ aliud mēbrū eiuſdē q̄titatis:⁊ ideo in locis peritineon:qui eſt locus intra anum ⁊ pudēda inuolute ſunt iſte vene ⁊ arterie:⁊ ſunt magne: ⁊ ibi eſt locus ſiue

principiũ virge:⁊ propter hoc he vene ſunt ſicut radices virge:⁊ propter iſtas virga eſt tota cauernoſa. Et ſiue cauernoſitates replentur ventoſitate generata in predictis arterijs:⁊ quando ventoſitate replentur erigitur virga:⁊ vt melius anothomiaꝫ eius videas debes ſeparare oſſa femoris ⁊ eleuare virgam cum veſica ⁊ inteſtino recto: vel ſine illis. ⁊ diuidere virgam per longitudinem vſqꝫ ad canalem eius:⁊ tunc in principio eius apparebunt tibi duo foramina ſupradicta. apparebunt etiaꝫ cauernoſitates eius:⁊ ex his vides quantitatem eius: quia quantitas ſiue longitudo eſt vnius palmi ſicut longitudo colli matricis: apparet ſubſtantia eius: quia neruoſa preter extremitatẽ eius que vocatur preputium. apparet etiaꝫ numerus partium eius. apparet poſitio ⁊ colligantia. figura vero eſt oblonga: quia virga in homine eſt abſoluta nõ applicata ventri: ſicut in quadrupedibus. ⁊ cauſa huiꝰ fuit quia homines in coeundo non coniungũtur ſm dorſalia: ſed amplexando:⁊ ſi cũ virga eleuaſti inteſtinũ ſiue extremitatem inteſtini recti: cuius anothomiaꝫ diximus ſupra. tunc cognoſce in illo inteſtino ſiue extremitatẽ eius que dicitur anus muſculos mouẽtes ſiue aperientes ⁊ conſtringentes. Cõſidera etiã quinqꝫ venas emoroidales que in extremitate eius ſunt: in quibuſdam ſunt magis profunde: ſicut in quibuſdaꝫ periodis determinatis aperiuntur:⁊ fit fluxus emoroydarum. Et in his completa eſt anothomia membrorum naturalium que continentur in primo vẽtre.

¶ De anothomia ventris medij in quo membra ſpiritualia continentur.

HIs expeditis incipe excorticare ventrem mediuꝫ vſqꝫ ad principium colli: quia vſqꝫ ad principium ſunt membra ſpiritualia. Et nota ꝙ ſicut pmꝰ: ita iſte hꝫ duplices ptes. ſ. partes cõtinentes:⁊ mẽbra ꝯtẽta: mẽbra continentia ſunt membra pectoris:⁊ pectoris ſunt duplices partes. ſcꝫ exteriores ⁊ intrinſece. exteriores quedã ſunt directe: quedam laterales. directe ſunt ſiue vocantur partes furcule:⁊ iſte ſunt due. ſcꝫ furcula ſuperior ⁊ furcula iferior: ſiue pars furcule: laterales partes vocantur latera pectoris: dextrum ſcꝫ. ⁊ ſiniſtrum. itrinſece autem partes ſunt quinqꝫ. ſcꝫ cutis: piguedo: que note ſunt: mamille: muſculi: oſſa:⁊ cartilagines.

¶ De anothomia mamillarum.

MAmmillarũ primo videas figuram: quia figuraꝫ habent cucurbite:⁊ rotundaꝫ: quia debẽt eſſe capaces ſanguinis qui debet conuerti in lac. Item quia vt tibi ponit Galie. in de iuuamentis. capitulo vltimo. ſunt ſcutuꝫ cordis: ideo debent habere figurã tutam a nocumentis: talis aũt eſt rotunda. habuerunt autem papillas vt fetus nuper natus poſſet ſugere lac ex eis. ſecundo videas ſubſtãtiam: quia ipſe habent carnem glandoſam: quia ſanguis ſuperfluus bene decoctus in eis debet conuerti in lac:⁊ iſta conuerſio eſt per infrigidationem eius. ⁊ ideo carnẽ habuerunt glandoſam. tertio videas quãtitatem. tamen primo ſcias ꝙ in muliere maiores ſũt ꝙ̃ in viris: quia in muliere ſunt facte ꝓpter duo. vnũ eſt vt lac generem. in viro vero non:⁊ ideo in muliere debent eſſe magne. Iteꝫ in muliere facte ſunt magne. Item in muliere facte ſunt magne vt caliditatẽ quã recipiunt a corde ad cor reducant reuerberãdo:⁊ hoc eſt magis neceſſarium in mulieribus cũ minꝰ habeant de calore circa cor ꝙ̃ viri. Quarto nota numerum: quia due ſunt in homine: ſicut in omni aiali qđ generat vnum aut duo. in animalibus autem poligeneis ſiue generantibus multa plures ſunt mamille. Quinto vide locũ ⁊ colligantiã:⁊ primo locũ. naꝫ in homie mamille ſunt ſituate in pectore: in alijs animalibus non. Et cauſa quare in alijs animalibus nõ ſunt ſituate in pectore: eſt vna quã dat Gal. capitulo preallegato. quia mamille ſunt facte propter generationem lactis: lac autem generatur ex ſuperfluitate ſanguinis bene digeſti. multa autem quãtitas talis ſuperflui in alijs animalibus tranſit in generationem cornuum: crinium: vnguium dentiũ ⁊ huiuſmodi. Aliã cauſam dat Ariſto. in libro de partibus animalium: qꝛ alia aialia habẽt ſcelas: ſiue ſoleas. i. tibias anteriores adinuicem complicatas:⁊ ideo pectus habẽt ſtrictum: propter ꝙ mamille in eoruꝫ pectoribus nõ potuerunt collocari:⁊ ideo habuerunt iuxta anchas poſteriores: ſi ſint animalia generatiua vnuꝫ tm̃: vel diſperſas per ventrem ſi plura generent: vt porca ⁊ canis. homo autem cum habeat pectus latum habuit mamillas locatas in pectore: quia cum hoc habẽt iuuamenta. nam lac debet in eis generari ex ſanguine ſubtiliato:⁊ bene digeſto. Melior autem digeſtio fit in mamillis circa pectus propter calorem eſſe in eis fortiorem ꝙ̃ in partibus alijs:⁊ propter eandem cauſam natura ordinauit venas que veniunt ad matrices: vt ibi dicit Gal. procedere tortuoſe. ad hoc vt ſanguis continue ſubtilietur:⁊ bene digeratur. ſecunduꝫ iuuamentum fuit: quia ſunt ſicut ſcutum cordis:⁊ in homine cor bene debet tueri: quia eſt ſine pelle. Tertium iuuamentum eſt: quia caliditatem ſiue caloreꝫ recipiunt a membris ſpiritualibus:⁊ receptum reuerberant ad ipſum: ſicut veſtimentum. vt ibi etiam ponit Gal. Et ex his apparet colligantia earum: quia ipſe colligate ſunt cum corde:⁊ epate per venam aſcendentem: a qua iuxta furculam ramificantur rami q deſcendunt ſupra dorſum:⁊ intra coſtas tendunt ad mamillas: colligantur etiam cum matrice mediantibus venis que aſcendunt a matrice ad mamillas de quibus dictum eſt ſupra: ex iuuamentis potes videre nocumentum.

¶ De anothomia muſculorum pectoris.

POſt mamillas ſunt muſculi. muſculoſ aũt omnes pectoris anothomia illa diſcernere non potes: licet tamen omnes nõ diſcernantur: attamen debes ſcire ꝙ iſtorũ muſculorũ quidam ſunt tantũ dilatantes:⁊ quidã dilatãtes ⁊ conſtringentes: dilatantes tantum ſunt duo muſculi dyafragmatis qui ſunt in inferioribus pectoris. ſunt etiam duo muſculi qui ſunt in collo: ſed dyafragma dilatatur in parte inferiori vbi eſt ſpacioſitas magna: ſed illi qui ſunt in collo dilatant concauitatẽ ſuperiorem que eſt parua: ſunt etiam muſculi q ſunt in dorſo: vbi eſt origo coſtarum:⁊ incipiunt iuxta originem prime coſte. ſunt etiam alij muſculi multi parui. Muſculi vero qui ſunt dilatantes ⁊ conſtringen

tes ſunt muſculi qui inter coſtas ſunt locati: quia inter quaſlibet duas coſtas ſũt duo muſculi: quoꝝ vnꝰ habet villos latitudinales alius tranſuerſales. poſt muſculos ſunt oſſa.

⁋ De anotbomia oſſium pectoris.

Oſſa autem pectoris fuerũt plura ⁊ non vnum continuũ: vt poſſet dilatari ⁊ conſtringi. nam debet eſſe in cõtinuo motu. Sed ad motum localem ⁊ voluntarium requiruntur muſculi mouentes: ⁊ requiruntur oſſa que ſunt ſubſtentaculum motionũ. ⁊ hec eſt cauſa vna quare iſte venter non fuit tantũ muſculoſus vt primus: neqꝫ tãtum oſſuoſus vt vltimus. Jſta ergo oſſa fuerunt duplicia. ſcꝫ coſte ⁊ oſſa toracis. coſte ſunt. iz. ſ. 7. vere. ⁊ octo mendoſe. vere ſunt que cuꝫ oſſibus toracis ſunt continuitate ad cooperienduꝫ ⁊ complendũ pectus. ⁊ cauſa quare vna coſta non attingat aliam in extremitatibus eſt illa que dicta eſt: vt pectus poſſit meliꝰ dilatari ⁊ conſtringi. Oſſa autem toracis ſunt ſeptem continuata cum ſeptem coſtis veris. Jnter tamẽ iſta oſſa: ⁊ coſtas ſunt cartilagines continuantes vnuꝫ cũ alio. ex his autem oſſibus cuꝫ cartilaginibus ſuis cõponitur vnuꝫ membrũ qđ vocatur furcula pectoris: quia ad moduꝫ furce eſt bifurcata ⁊ figurata: ⁊ in extremitate eius directe eſt quedã ſcutalis cartillago: vocata pomũ granatum facta ad cuſtodiendũ os ſtomaci. A lateribus autem in coſtis mẽdioſis ſunt cartilagines: vt mollis cum duro melior fiat cõiunctio. verum eſt ꝙ omnia iſta melius appebunt ſi incidas pectus vbi ſunt teneritates coſtarũ ⁊ a latere dextro ⁊ ſiniſtro. ⁊ tunc apparebũt tibi oĩa que ſunt iterius.

⁋ De anotbomia panniculorũ pectoris. ſcꝫ mediaſtini: pleure ⁊ diafragmatis.

Membra autem contenta in pectore ſunt pãniculi: cor: ⁊ pulmo ⁊ orta ab his. pãniculi ſunt tres. ſ. mediaſtinus qui diuidit concauitatem pectoris per medium ab anteriori ad poſterius: ⁊ ꝓpterea diuidit pulmonem per medium: ⁊ iſte pãniculus non eſt neruoſus nec continuus ⁊ vere vnus vt alij: iſte eſt factus ꝓpter iuuamentũ cõmune. ſcꝫ vt ſi nocita fuerit pars dextra vel ſiniſtra pulmonis non cõmunicet nocumentum: alteri parti. Factus etiam vt ſuſpendat pulmoneꝫ ad pectus. Jtem eſt factus vt ſi ꝓpter cauſam aliquã fiat empima: hoc eſt qđ aggregetur ſanies in pectore: illa ſanies non regurgitet ad ad aliam partem. poſtea eſt pleura: pleura eſt pãniculus ſubſtantia durus: in quãtitate magnus cooperiẽs omes coſtas interius: ⁊ ideo colligantiaꝫ habet cum omnibus membris contentis in cõcauitate pectoris. Juuamẽta ſunt: cooperire mẽbra predicta: ⁊ vt ab ipſo pãniculi predictorũ membroꝝ ortum habeant. vt ponit Auic. fen prima. primi capituli. capitulo de mẽbris. paſſiones omnium modorũ ⁊ generuꝫ poteſt pati: maxime tamen patitur paſſionem apoſtemoſam que vocatur pleureſis. veruꝫ eſt ꝙ pleureſis duplex eſt. ſ. vera: ⁊ non vera. Non vera eſt illa que fit in muſculis qui ſunt inter coſtas: cuius acumen eſt verſus cutim extrinſecam: vera vero fit in hoc panniculo: ex ſubſtantia eius potes videre ꝙ illud apa. vt plurimũ eſt colericum: propter qđ ipſum conſequitur febris acuta: febris cõſequitur ratione loci: quia propinquiꝰ ⁊ vicinius cordi: fit febris iſta acuta ratione humoris calidi. vide etiam ꝙ ad tale apoſtema ꝓpter ſenſibilitatem panniculi conſequitur dolor pungitiuus: ⁊ lateris: quia huic panniculo magis attribuũtur latera qꝫ pars anterior: ſed pars anterior magis appropriatur panniculo mediaſtino: ⁊ propterea dolor conſequẽs peripleumoniaꝫ eſt anterior: iſte eſt lateralis: fit etiaꝫ quia comprimit pulmonem: ⁊ impedit dilatationem eius malicia anhelitus ſm tuſſis ſequitur: quia eminentia apoſtematis ſtimulat: ⁊ aliq̃ virulentia: ⁊ erugo que emanat ab hoc apoſtemate ꝑ poroſitates pãniculi: ⁊ hec eſt cauſa quare in pleureſi fit ſcreatus incipio rubeus. poſtea albus ⁊ ſanioſus ſm ꝙ materia maturatur. Et ideo apparens in principio ſubrubeus incboantem abbreuiat. vt ponit Ypo. prio afforiſmo. Et cauſa eſt quia tũc ſignificatur ꝙ materia eſt ſubtilis panniculus eſt rarus ⁊ virtus eſt fortis. Quomodo autem iſta materia virulenta ⁊ ſanioſa per pulmonem expellatur ⁊ ſcreatur declarabitᷣ in anotbomia pulmonis. Tertius panniculus eſt dyafragma q poteſt etiam dici muſculus: cuius ſitus in pectore eſt in fine pectoris ⁊ coſtarum altius exiſtens taꝫ in parte anteriori qꝫ poſteriori. nam quantum ad eius parteꝫ carnoſam eſt continuatum cum cartilaginibus coſtarum mendoſarum: ⁊ in parte poſteriori cum ſpondili duodecima ex ſpondilibus renum: ⁊ vtilitas eius fuit ex ſitu eiꝰ: pͥma vt diuideret ſpiritualia a naturalibus: ne a cibo hora digeſtionis: ⁊ a fece vapores eleuati peruenirẽt ad membra ſpiritualia: quia impedirent mentem ⁊ rationem: ⁊ hoc ſatis apparet: q꞉ quãdo egritudinem patitur aut apa: leditur tunc mens: ⁊ ideo alio nomine vocatum eſt frenum: quia frenum eſt mentis: ſicut vocatum eſt diazona ab Ariſtotele: quia zona cingens per medium: non ꝙ directe latitudinaliter cingat: ſed oblinque: vt dictum eſt. Et cauſa ſiue vtilitas huius obliquitatis: fuit illud qđ dictum eſt in capitulo de anotbomia mirach. quia ex hoc cũ mirach comprimuntur hora expulſionis ſuperfluitates in iteſtinis: ac ſi eſſent inter aſſides torcularis cuiuſdam. Quantum vero ad partem mediaꝫ eius que eſt neruoſa ⁊ pãniculoſa colligatum eſt cum pulmone: vt ipſum moueat motu anhelitus mediantibꝰ neruis qui ad ipſum veniunt a cerebro ⁊ nucha: ⁊ ex hoc apparet quare diuerſificatuꝫ eſt dyafragma ab alijs muſculis: quia alij muſculi in loco vbi oſſibus applicãtur ſũt chordoſi ⁊ in alijs carnoſi: diafragma vero eſt econtrario: cauſa eſt: quia dyafragma pͥncipaliter habet mouere pulmonem ⁊ non coſtas: nunc autem omnis muſculus quantũ ad cordam eius debet eſſe cõtinuatus cum membro qđ debet mouere: ⁊ cũ alio quantum ad partem eius carnoſam: ⁊ ex his apparet que ſit figura eius: quia eſt rotunda: oblõga apparet etiam que ſit ſubſtãtia eius: quia muſculoſa ⁊ chordoſa. Apparet etiã quantitas eius. Juuamenta ſunt tria que declarata patent ex dictis. Primum eſt vt ſit pͥncipiũ motus anhelitus. Scđm eſt vt diuidat iter mẽbra ſpũalia ⁊ nãlia. Tertiũ eſt vt iuuet inteſtina ⁊ mirach ad expellendum que inteſtinis ſunt contenta. ⁊ ex ſecundo iuuamento apparet: quia ad apoſtema eiꝰ ſequitur alienatio mentis: ſicut ad freneſim. ſigna diſtinctiua perquire a Gal. octauo de interioribꝰ. caplo

de paſſionibus dyafragmatis.

¶ De anothomia cordis.

ELeuatis panniculis tibi apparebit
pulmo in medio:cuius exi
ſtit cor velatum pennulis pulmonis vt ab/
ipſo aere attracto refrigeretur ⁊ calor ⁊ ſpi
ritus: qui in eo generatur contemperetur.
cuius cordis.primo apparet ſitus ⁊ locus:
qr eſt in medio anterioris ⁊ poſterioris dextri ⁊ ſiniſtri:
quantum ad cuſpidem eius declinans verſus ſiniſtruꝫ:
quantum ad radicem vero eius verſus dextrum:vt poſ/
ſit bene inſufflare calorem ⁊ ſpirituꝫ verſus dextraꝫ p/
tem:que debet eſſe calidior ſiniſtra:⁊ eſt in medio ſupe/
rioris ⁊ inferioris amotis extremis:⁊ ſic fuit locatum:
qr eſt ſicut princeps:⁊ prima radix omniuꝫ membrorū.
Que ſit colligantia eius apparebit cōſequēter:ſicut ap/
parebit quantitas eius:quia non nimis magnum neqꝫ
paruuꝫ:maius tamē eſt in homine q̄ꝫ in alio aliquo ani
mali eiuſdem quantitatis:quia plus habet de calore in
quāto:ſicut figura tibi apparebit:quia eſt figure pinea/
lis vel piramidalis:quia huius figure debꝫ eē omne qđ
eſt excedentis caliditatis:quia propria figura primi ca/
lidi eſt figura piramidalis:eſt ⁊ alia ratio diſtictio ven/
triculorum eius ⁊ ortorum ab ipſo. Quarto debes vide
re numerum partium eius:⁊ ex hoc tibi apparebit que
ſit ſubſtantia eius:⁊ cōplexio:⁊ iuuamētū:numerus aūt
partium eius eſt:quia partium eius quedam ſunt extra
ſubſtantiam eius:quedam vero ſunt de ſubſtantia eius.
extra ſubſtātiam eius ſunt capſula cordis: ⁊ orta ab eo
que poſtea apparebūt:capſula eius neruea ſiue pellicu/
laris eſt dilatata multum:facta ad tuendum cor a noci/
uis:⁊ ne cōtangatur ab alys membris in hora ſue expā/
ditionis. Et cauſa quare non fuit cōtinua cuꝫ corde fuit
ne cor in ſui motu impediretur:ꝓpter aggrauationem:
Fuit etiam alia cauſa vt contineret quādā aquoſitateꝫ
qua humectaretur cor ⁊ roraretur:ne ꝓpter ſuperfluuꝫ
⁊ continuum eius motum exiccaretur:⁊ ideo ſemper in
hac capſula reperitur aquoſitas:⁊ ideo ſi exiccatur hec
capſula vel priuatur tali aquoſitate ad maraſmum de/
uenit aīal:ſicut ſi ſit ſuperflua in iectigationem:⁊ tremo
rem ⁊ cardiacam paſſionem cadit cor.vt ponit Gal. 8°.
de interioribus.caplo ſcđo. Partes autem cēntiales cor
dis quedam ſunt extrinſece ⁊ quedaꝫ intrinſece. Extri/
ſece ſunt pinguedo:additamēta cordis:ſiue auricule cor
dis:⁊ orta ab eo:pinguedo ſatis apparet in ſuꝑficie exte/
riori cordis:propter finem potius q̄ꝫ exiſtat ex ꝑte agen
tis:quia pinguedo generat̄ a frigido aut calido diminu
to:cor autem eſt calidiſſimum:ſed genita eſt ꝓpter finē:
vt cor ꝓpter vehementē ⁊ continuū motum non exic/
cetur:additamenta cordis ſunt quedam partes pellicu/
lares apte ad dilatandum ⁊ conſtringendū:genite ad h̄
vt quando in corde noſtro generatur multū de ſangui/
ne vel ſpiritu in ventriculo ſiniſtro dilatetur:⁊ contine/
ant ſanguinem multū:vel ſpiritum multuꝫ:qui interdū
generatur. ¶ Sed tu obycies ſic̄ obycit Gal. loco ꝑalle.
quare natura non fecit cor ita magnū q̄ poſſet contine/
re omnē multitudineꝫ ſanguinis ⁊ ſpiritus:ſed fecit illa
additamēta. dico q̄ cauſa fuit:qr ſi cor fuiſſet valde ma
gnū eſſet cauſa debilitatis virtutū ꝓpter diſperſionem
ſpiritus:⁊ propterea aīalia que habēt corda magna : ſūt
timida vt lepus:⁊ ceruus. Scđa cauſa fuit:qr cū nō ſem/
per generetur in nobis maxima quantitas ſanguinis:⁊
etiam ſpiritus:vt plurimū cōcauitas cordis extitiſſet va
cua:ſed quia iſte auricule poſſunt faciliter cōtrahi quā/
do non ſunt replete ibi non erit vacuitas. Item euitatur
ponderoſitas. Que autē ſint orta a corde ſubſequenter
apparebit.partes autē intrinſece cordis ſunt ventriculi
cordis dexter.ſ.⁊ ſiniſter ⁊ medius. Scide igitur cor pri
mo in parte dextra:⁊ incipe a cuſpide eius ſic q̄ aliū pa/
rietem non tangas:ſed a latere vētriculi medy diuidas:
⁊ tunc occurret tibi ſtatim vētriculus dexter:⁊ videbis
in eo duo orificia:quorū vnū eſt v̄ſus epar:⁊ eſt orificiū
per qđ vel a quo ingreditur vel egreditur vena chilis:⁊
eſt orificium maximū:quia per hoc orificium cor trahit
ſanguinem ab epate:⁊ ipſum expellit ad omnia alia mē
bra:⁊ quia per illud orificiū habet plus attrahere q̄ꝫ ex/
pellere ordinauit natura vt clauderetur hora ꝯſtrictio/
nis:quando debet expellere:⁊ aperiretur quādo cor di/
latat̄ ⁊ attrahit. Et iō hꝫ tria hoſtiola q̄ apiunt̄ ab ex̄ ad
iter:⁊ quia per idem orificium fit etiā expulſio ſanguis
ꝑfecte decocti:⁊ licet nō totus expellatur:qr aliqua por
tio eius expellitur ad pulmonē alia pars eius tranſit in
ſpiritū:ordinauit natura ne illa hoſtiola eſſent multuꝫ
depreſſa:⁊ vt perfecta clauſione non claudant̄. Nota ta/
men h̄ duo.ꝑmū eſt qđ tibi ſenſus declarat:q̄ vena chi/
lis habet originē ſuam a corde:quia cum ſubſtantia cor
dis eſt continua:⁊ ipſum non ꝑtranſit:⁊ eſt maxima iux
ta cor.ſicut ſtirps arboris. Et ſecundo aduerte q̄ ab iſta
vena anteq̄ꝫ cōcauitatē cordis ingrediatur oritur vena
que circūcirca radicem cordis circumligat̄ vel circulat̄
⁊ ab ea rami oriunt̄ diſperſi per ſubſtantiā cordis : ⁊ ex
hac vena nutritur cor.i.ex ſanguie huius vene.poſtea ve
ro verſus pulmonē eſt aliud orificiuꝫ vene arterialis q̄
portat ſanguinē ad pulmonē a corde:qr cū pulmo deſer
uiat cordi.ſcđm modū dictum vt ei recompenſet:cor ei
tranſmittit ſanguinem per hāc venam que vocatur ve/
na arterialis:vena quia portat ſanguinē:arterialis:quia
habet duas tunicas:⁊ habuit duas tunicas.primo quia
vadit ad membrum qđ exiſtit in cōtinuo motu.⁊ ſecun/
do quia portat ſanguinem valde ſubtilē ⁊ colericuꝫ. vt
igitur non euaporet.⁊ non ſcindatur hec vena.ipſa ha/
bet duas tunicas.quare dicta eſt vena arterialis.⁊ in ori
ficio iſto vel iſtius vene ſunt tria hoſtiola que aperiunt̄
ab intus ad extra.⁊ claudunt̄ ab extra ad itus perfecta
clauſione.quia ꝑ hoc orificiū cor tantum debet expelle
re a ſe hora conſtrictionis.⁊ non debet retrahere aliqđ
hora dilatationis.hoc viſo ſcinde ventriculum ſiniſtrū.
ita q̄ in medio remaneat paries in quo eſt ventriculus
medius.⁊ tunc tibi ſtatim concauitas apparet ventricu
li ſiniſtri:cuius paries eſt ſpiſſior pariete ventriculi dex/
tri. Et hoc fecit natura ꝓpter tria.primo quia h̄ ventri/
culus debet continere ſpiritum.dexter vero ſanguineꝫ.
ſanguis autem grauior eſt ſpiritu.ꝓpter qđ ratione con
tentorum plus aggrauaret pars dextra q̄ꝫ ſiniſtra. ⁊ iō
cor non fuiſſet equalis ſtature.vt igitur eſſet equalis pō
deris fecit parietem ſiniſtrum groſſiorem.vt recompē
ſaret ſua grauitate grauitati ſanguinis. Alia cauſa eſt.qr
debet continere ſpiritū qui facile eſt reſolubilis.vt igit̄
nō reſoluatur paries fuit ſpiſſus. Tertia cauſa eſt.quia
hic ventriculus debet generare ſpiritum ex ſanguine.
ſpiritus autem generatur ex ſanguine a forti calidita/
te ſubtiliante ⁊ euaporante.fortior autem eſt caliditas.
quando eſt in materia ⁊ ſubſtātia dēſiori.quare paries
huius ventriculi fuit ſpiſſus ⁊ denſus. In concauitate
autem eius circa radicem ſunt duo orificia.vnū eſt ori
ficium arterie adorti que dicitur adorti:quia immedia/
te a corde orta.vel quia eſt principium originis omniū
arteriarum que ſunt in corpore.⁊ per iſtā trāſmittit cor
ſpiritum in ipſo generatum ad oīa mēbra qn̄ ꝯſtringit̄.
⁊ ꝓpterea nā ordiauit in ꝑn° iſtius orificy tria hoſtiola

denſa valde.que perfecta clauſione clauduntᷣ ab extra
ad intus ⁊ aperiuntᷣ ab itus ad ex̄.⁊ orificiū h̄ eſt valde
ꝓfundū.aliud eſt orificiū arterie venalis que dicitᷣ arte
ria:quia vaporem portat.dicitᷣ venalis.q2 tm̄ vnā habꝫ
tunicā.q2 natura non fuit multū ſolicita de cuſtodia ei9
qđ per ipſaꝫ tranſit.qđ eſt vapor capinoſus vel aer quē
attrahit cor a pulmōe:⁊ quia per iſtā venaꝫ cor attrahit
⁊ expellit:natura in hoc orificio poſuit tm̄ duo hoſtiola:
⁊ ſunt hoſtiola iſta multū eleuata vt appodientur parie
ti cordis quādo expellit ⁊ tranſmittit ſpiritū:ne per ipꝫ
ſpiritus expellatur:⁊ iſta ſunt mirabilia opa nature: ſic
mirabile eſt opus ventriculi medij.nam iſte vētriculus
non eſt vna cōcauitas:ſed eſt plures cōcauitates parue
late magis in parte dextra q̄ꝫ in ſiniſtra ad h̄ vt ſanguis
qui vadit ad ventriculuꝫ ſiniſtrū a dextro cū debeat fie
ri ſpiritus cōtinuo ſubtilietur:q2 ſubtiliatio eius eſt pre/
paratio ad generationē ſpiritus:⁊ natura tranſmittēdo
aliquid per membra vel viam aliquā.nunquā trāſmit/
tit illud ocioſe:ſed preparando ipſum ad formā quā de/
bet ſuſcipere:vt frequenter ponit Gal.in libro de iuua/
mentis.vt in 8° de venis meſeraycis.⁊ hoc de partibus
ſubalib9 cordis:alie ſunt ptes que ſunt orte:⁊ iſta.4.ſūt.
ſcꝫ vena chillis:vena arterialis:arteria adorti.⁊ arteria
venalis:⁊ duo vadunt ad pulmonē:cuius anothomiam
ſtatim videas.

¶ De anothomia pulmonis.

EX dictis aliqualiter apparere pōt
ſubſtantia pulmōis:⁊ nu/
merus partiuꝫ eius.nam ipſe cōpoſitus eſt
ex triplici vaſe:ex carne molli.⁊ pāniculis:
ex vaſe triplici.ſ.ex vena arteriali que oritᷣ
ex dextro ventriculo cordis:que portat ſan
guinē nutriturum pulmonē.ſcđo ex arteria venali que
oritur ex ſiniſtro ventriculo cordis portans vapores ca/
pinoſos ad pulmonē ⁊ portans aerem ad cor a pulmo/
ne.⁊ tertio eſt trachea arteria que ad pulmonem appor
tat aerem:⁊ ab ipſo ad extra retroducit:⁊ h̄ vaſa omnia
conueniunt in hoc.ꝙ quando ad pulmoneꝫ veniunt in
duos ramos diuiduntᷣ.vnus vadit ad dextraꝫ eius par
tem.alter ad ſiniſtram:quilibꝫ eoꝝ iterū diuiditᷣ in du/
os ramos magnos:quoꝝ vnus vadit ad partē ſuperio/
rem pulmonis.alter ad partem iferiorē:poſtea omnes
vadunt ſe diuidendo vſqꝫ ad ramos capilares ⁊ mini/
mos ⁊ adinuicem continuantᷣ ⁊ intexuntur ſicut rete:⁊
componunt ſicut rete ſubſtantiam pulmonis:⁊ ſicut ve
ne ſubſtantiā epatis.Et ſciās ꝙ rami trachee arterie ſūt
iuxta ramos vene arterialis vt cibētur ab ea:⁊ iuxta ra/
mos arterie venalis vt aerem tranſmittant ad arteriaꝫ
venalē:vt eū portet ad cor ⁊ a corde ducant ad tracheā
arteriam.iſte tamē vie vel rami qui ſunt inter eas ſunt
ita ſtricti vt ſint inuij.ſanguinis ⁊ peruij aeri intranti ⁊
exeunti:⁊ ideo ſi dilatantur ſuperflue poteſt fieri exitus
ſanguinis ſine ruptura a pulmone.cōcauitatē ⁊ vacuita
tes retis huius replet caro mollis ipſius pulmonis: ⁊ h̄
eſt pars ſecūda eius.tertia vero pars eius eſt pannicu/
lus eius rarus ad quem terminantᷣ orificia horū vaſoꝝ.
verum eſt ꝙ orificia vaſorum trachee arterie ſunt ma/
iora orificijs alioꝝ vaſorum:⁊ apertiora.primo quia or/
ta ſunt ex ſtipite maiori ⁊ latiori.ſcđo quia ſunt cartilagi
noſa ⁊ non pelliculoſa:⁊ ideo cū ſint duriora magis poſ/
ſunt ſtare aperta:⁊ ex his vlterius nota viam per quā a
pectore ad pulmonē ⁊ tracheam arteriā expellitᷣ ſcrea/
tus vel ſanies ſiue ſanguis emanans a pectore:vt i pleu
reſi:vel a cōcauitate eius vt in emothoica paſſiōe ⁊ em/
pimate:quia quando materia in his locis eſt congrega/
ta ipſa diuiditᷣ ad minima:⁊ fortitudine pectoris ipellitᷣ
ad pulmonem:⁊ quādo pulmo dilatatᷣ orificia vaſoruꝫ
trachee arterie magis aperiuntur ⁊ per illa exſugat ma/
teriā predictam:⁊ non per alia orificia aliorum vaſoruꝫ
quia non ſunt ſic lata :neqꝫ dilatātur hora anhelitus : ⁊
tūc ex vaſis illis ille humor vel liquor expellitᷣ ad vias
latiores:⁊ ex illis ad minores donec ad originem perue
niat cāne pulmonis:⁊ tunc cum tuſſi extra expellitur ⁊
tuſſis etiam adiuuat ad penetrandū hunc catarrū in cā/
nales iam dictos:ex his apparet ꝙ expurgatur h̄ mate/
ria:⁊ dato ꝙ non perueniat ad cor.Sed ſi expurgaretur
per alia duo vaſa bene de neceſſitate perueniret ad cor.
h̄ omnia habentur a Gal.8°.de interioribus.caplo ter/
tio.ſic ergo patet numerus partium integrantium pul/
monem.partes eius quantitatiue.ſunt.v.ſcꝫ due in par/
te ſiniſtra:⁊ tres in parte dextra.quarū tertia dicitur po
mum granatum ſiue culcitra.quia ſuper ipſam ſedet ve
na chillis:⁊ arteria:in directo cordis i loco vbi vena aſcē
dit ad cor:⁊ ex hoc potes videre quantitateꝫ pulmonis:
quia ſi ſit paruus non inflatus:ſi tamē ſufflando ipſum
inflaueris videbis ipſum magnificari:maior tamen eſt
quātitas eius in dextera q̄ꝫ in ſiniſtra:quia i ſiniſtra eſt
cor locatum ibi occupans locum.Figura eius patet : qa
ad figuram clibani figuratus eſt:in parte poſteriori lon
giorem habens magnitudinem q̄ꝫ in anteriori.eius colli
gantia patet ex dictis.⁊ iuuamentum.⁊ eius egritudies
ſatis ſunt note.niſi ꝙ debes excorticare ramos trachee
arterie ⁊ videre anullos rotundos quos expuunt peri/
pleumonici ⁊ ptiſici:q2 illi ſunt rotūdi.Sed habēs vlc9
in cāna pulmonis de cuius anothomia ſtatim proſequē
dum eſt:non expuit anullos ſed cortices:⁊ ſi anullos ex/
pueret:non tamen rotundos:cuius cauſam dicemus.

¶ De anothomia venarū guideç.

EXpedita anothomia pulmonis opꝫ
videre anothomiā trachee
arterie:que eſt via ad pulmoneꝫ:ſed vt eius
anothomiaꝫ videas perfecte oportet p̄mit/
tere anothomiam quorūdam:que cū eo ha/
bent colligantiam:oportet ergo vt excarnes colluꝫ ſiue
gulam:⁊ videbis muſculos longitudinales:ſupra quos
notabis venas guideç ex vtroqꝫ latere vnam:quid ſit
iuuamentū horum dixi in anothomia pectoris.illis ele/
uatis inuenies duas amigdalas ab vtroqꝫ latere vnaꝫ:
que ſunt carnes glandoſe facte ad formā ⁊ figuram dua
rum amigdalarum:quarum iuuamentum fuit vt humi
ditate quā generant ⁊ congregant humectent tracheaꝫ
ne exiccetur propter motum.ſcđm iuuamentuꝫ fuit vt
replerent ⁊ adequarent loca gule:quia gula propter epi
glotum in parte ſuperiori eſt valde tumida:⁊ in parte in
feriori ꝓpter ſtricturā trachee eſt valde gracilis.amigđ.
ergo ille poſite infra epiglotum adequant.tertium iuua
mentum eſt vt ſint ſcutum venarum ⁊ arteriarum apo
pleticarum:que portant ſanguinem ad caput : ⁊ arterie
portant ſpiritum:qui poſtea in rete qđ contexunt cōfla/
to ſub cerebro fit animalis.⁊ iſte vene vocantur apople
tice.quia ex earū plenitudine frequenter fit apoplexia.
vocantur ⁊ vene ſomni.quia ex naturali oppilatione fa
cta in rete iam dicto.cauſatur ſomnus.vocantur etiam
ꝓfundū.quia ſunt locate in profundo iuxta ſiue ſupra
muſculos ſpondilium colli.⁊ vt eius originē videas ſci/
de furculam.⁊ accipe truncum arterie adorti aſcenden
teꝫ:⁊ vene aſcendentis.⁊ videbis ꝙ anteq̄ꝫ egrediatᷣ fur
culam ramificatur p̄mo in duos ramos.quorum vnus
vadit ad parteꝫ dextram:alter ad partē ſiniſtrā.⁊ anq̄ꝫ
ad ſubaſſellā deueniat alter iſtoꝝ ab alterutro deſcēdit

vena per ſpondiles dorſi ad nutriendum octo coſtas ⁊ par/
tes ſuperiores pectoris. poſtea penetrat p aſſellaꝫ quilibet
predictorum: ⁊ vadit ad domeſticũ brachy ⁊ in cubito appa/
ret. ſ. in curuatura cubiti: ⁊ dr̃ baſilica: ⁊ eſt ĩferior: ⁊ ex his
potes videre quõ baſilica hanc cõtinuitatẽ cũ vena q̃ nu/
trit partes pectoris ſuperiores. Et ſic apparet cauſa q̃re in
pleureſi in qua dolor aſcendit ſuperius vſq; ad furculam
competit flobotomia baſilice. vt ponit Ipoc. ſecundo. re.
accu. ⁊ Galie. ibidem. poſtea aggreditur furculam ⁊ ramifi
catur in ramos quorum duo obliquantur: ⁊ vnus eorũ va
dit ad brachium dextrum: ⁊ alter ad ſiniſtrum. ⁊ vadit p
ſilueſtrem partem brachy: ⁊ apparet in curuatura brachy
⁊ dicitur cefalica: ⁊ habet euacuare a capite: quia cõtinua/
ta eſt cum venis duabus directe procedentibus ſuperius
ad caput: ⁊ iſte dicuntur vene predicte apopletice: ⁊ ſicut
dixi de venis: ita ⁊ eodẽ modo pcedunt arterie: poſtea iux
ta iſtas arterias ⁊ venas apopleticas iuenies neruos duos
magnos deſcendentes a cerebro a ſexto pari neruorum. vnꝰ
a latere dextro alter a ſiniſtro: ⁊ ex vtroq; formantur ⁊ ra/
mificantur nerui reuerſiui: qui ſunt nerui vocis: quos vide
bis ſuo loco. Reſiduũ autẽ dextri cum iſofago pro maiori
parte coniungitur: ⁊ in os ſtomaci ramificatur. ⁊ tẽdit vſq;
ad fundum: licet aliqua pars eius infra furculam cum ve/
nis ⁊ arterys ⁊ capſula cordis coniungatur: ſed ſiniſter p
maiori parte cum membris ſpiritualibus complicatur: ⁊
quantũ ad aliquid eius cum naturalibus coniungitur.

¶ De anothomia oris.

HIs membris excarnatis eleua ſimul tracheaꝫ arteriaꝫ: ⁊ iſo/
fagum: ſed hoc non poteris niſi alia mẽbra. ſcꝫ
oris eleues. incide ergo: ⁊ eleua mandibulas in
feriores a ſuperioribꝰ: ⁊ hoc faciendo notabis
anothomiã oris. nam ipſius oris. p̃mo occurrũt tibi labia:
⁊ inferius ⁊ ſuperius: ⁊ hec labia ſunt cõpoſita ex neruis:
carne: ⁊ cute mira cõmixtione: ita q cutis a carne nec caro
a neruis poteſt ſeparari: neq; panniculus ab eiſdem: ⁊ hoc
fuit: quia labia debebãt moueri verſus omnem differẽtiaꝫ
poſitionis: ſurſum ⁊ deorſum: ante ⁊ retro: ad dextrũ ⁊ ſini/
ſtrum: vel ergo oportuit q haberent diuerſos ⁊ plures mu
ſculos: qꝺ eſt impoſſibile: propter grauedineꝫ: vel oportuit
q carnem ⁊ neruos ſm omnẽ dimenſionẽ haberent per/
mixtos: cooperiunť etiam labia pãniculo qui oritur a tuni
ca intrinſeca meri continuata cũ tunica ĩtrinſeca ſtomaci:
ſicut ⁊ omnia mẽbra oris: vt ſint ſenſus eius: cuius eſt ſto/
macus: ⁊ ppter hoc cõtingit q in vomitu futuro tremit la
bium inferius: poſt labia ſunt dẽtes numero. 32. ſ. duo dua/
les iferiores: duo inciſiui: duo canini. 4. maxillares: ⁊ ſex
molares: ⁊ totidem ſuperiores: ⁊ dentes principaliter ſunt
facti ppter cõtritionẽ ⁊ diuiſionem cibi: ſecundario ppter
vocem ⁊ diſtinctionẽ loquele: ſicut ⁊ labia: ⁊ ideo carentes
dentibus vel labys non bene loquunť. poſt dentes eſt lin/
gua: cuius anothomiã reſerua. poſtea vide palatũ habens
cõcauitatẽ in cacumine ſuperiori vt fiat intonatio vocis. ⁊
reuolutio agilis ipſius cibi quãdo dentibus ꝯteriť. in fine
palati videbis vueã pendentẽ ad modũ grani vue: ⁊ ideo
vocata eſt vuea: in ſubſtãtia exiſtens rara: ſpongioſa: quia
p̃ncipalr̃ eſt facta vt ſuperfluitatẽ deſcendentẽ a capite ho
ra reumatiſmi recipiat: ne ad mẽbra inferiora deſcendat:
ppterea apoſtemať: eſt etiam formata vt vocem modulet
refrangendo aerem: qui eſt materia vocis: ſed iuuamentũ
eius eſt vt aerẽ qui ad pulmonẽ vadit ⁊ attrahitur per na/
res ⁊ per os repercutiendo aliquãdiu in ore retineat ne fri
gidus ſed alteratus ad pulmonẽ perueniat: ⁊ ppterea contin
git q habentes abſciſam vueã multũ ſunt cataroſi: ⁊ ideo
prohibeť ab auctoribus ne incidať: ſed ſi putrida aut apo

ſtemata ſit debet aduri: eſt etiã alia cauſa: qr propter ſituꝫ
⁊ ſubſtãtiã eius quãdo inciditur raro cõſolidať: ſed ſanies
ibi congregať putrida ⁊ ſemper ſentitur fetor oris: ⁊ ideo
melius eſt vt cauterizeť ferro ignito: modus autẽ vt hẽať
canula ferea vel lignea linita luto ſapientie vel creta. vt po
nit Aui. 4. fen primi. canonis: caplõ de curatione per cau/
terium: ⁊ aperto ore ⁊ interpoſito inter maxillas ligno ro/
tundo: in vna extremitate cãnule imponatur vuula: poſtea
ferrũ ignitum per concauitatem cãnule intromittať ⁊ cõ/
tingatur vuula ⁊ cauterizetur: poſt vuulã ṽo ſunt fauces:
⁊ loca ampla glãdoſa apta ſuſcipere ſuperfluitates: ⁊ ideo
frequenter apoſtemantur: ⁊ apoſtema earũ licꝫ extra non
emineat: eminet tamen intus. ⁊ ideo ſi os aperiatur ⁊ in p/
fundo aſpiciatur apparet tumor: ⁊ ideo fit ibi ſquinãtia: in
ſecũda ſpecie: ⁊ vocant vulgares gotiũ: ⁊ in fine ſiue termi
no horũ exiſtit principiũ cãne: ⁊ meri. ⁊ ibi videbis mẽbrũ
vnum cartilaginoſum cum magna ſapiẽtia a natura fabri/
catum: qꝺ vocatur coopertorium: quia hora tranſglutiõis
cibi claudit foramen epigloti ad hoc vt aliquid cibi vel po
tus non deſcendat ad pulmonẽ: qui poſſet eſſe cauſa ſuffo/
cationis: ⁊ ideo contingit ſi aliquis ridendo tranſglutiat: q
tũc vadit aliquid ad pulmonẽ: quia hora riſus ſtat epiglo
tis aperta: ⁊ tunc videtur ſuffocari.

¶ De anothomia meri ⁊ trachee arterie.

b Js expeditis eleua vt agiliꝰ ⁊ leuius videas anothomiã reſi/
duorum meri: cũ trachea ⁊ his eleuatis nota ſubſtã
tiã primo eorũ: nã ſubſtantia meri eſt pellicula
ris: ⁊ mollis: ſubſtantia trachee eſt pellicularis
⁊ cartilaginoſa: ⁊ cauſa fuit: quia meri eſt via cibi qui inter
dum deglutitur in multa quantitate ppter qꝺ opꝫ iterdũ
viam eius dilatari: ſed trachea eſt via aeris penetrantis ad
pulmonẽ: qui cũ leuis ſit: non ſolidus: per viam penetrat q̃
ſtat aperta: via autẽ pellicularis ppter molliciem non ſtat
aperta. ſed paries vnus cadit ſupra alterũ: non fuit cãna h
oſſuoſa: quia debet eſſe flexibilis ppter formationẽ vocis.
Item impediret trãſitum cibi multi ⁊ ſolidi per meri: ⁊ ob
hanc cauſaꝫ non fuit tota vna cartilago: ſed fuit plures car
tilagines ꝯtinuate per pelliculas ſimul: ⁊ iſte ſunt ſicut cir
culi quidã: nõ tamẽ completi: ſed in figura. C. reſiduũ autẽ
cartilaginis continuat ſubſtãtia pellicularis in directo me
ri: ⁊ hoc fuit ne ſubſtãtia dura cartilaginoſa cõprimať meri
⁊ impediat tranſitũ cibi: ⁊ ideo ſcire debes q a parte ante/
riori cãna eſt cartilaginoſa: qr verſus partẽ illam non cõtã
git meri. Item tunc tuetur magis a nociuis: ſed verſus par
tem poſteriorẽ eſt pelliculař: ⁊ hoc vſq; ad epiglotim: q̃ to
ta eſt cartilaginoſa ppter cauſam que diceť: ⁊ ſic apparet
ſuba cãne: ſed ſuba meri eſt cõpoſita ex duplici panniculo
ſiue tunica intrinſeca que villos longitudinales ad attra/
hendum hꝫ: ⁊ extrinſeca que villos latitudinalis aptos ad
expellendũ illud qꝺ attrahitur ab intrinſeca. verum eſt q
prima principalior eſt ſcꝺa: ex his patet iuuamentũ horuꝫ:
⁊ numerus partium eius preter partes trachee que partẽ
quandã principalem habet: que dicitur epiglotis: cuiꝰ ano/
thomiam poſtea ponã. tertio videas differentiaꝫ ex parte
quantitatis: nam meri eſt longius ⁊ maius cãna: quia ten/
dit vſq; ad dyafragma: ⁊ infra ipſum continuať cũ ore ſto
maci: ſed cãna pulmonis non deſcendit niſi vſq; ad furcu/
lam: ⁊ cauſa patet: quia pulmo ſtatiꝫ eſt ſub furcula: ſed os
ſtomaci eſt immediate ſub dyafragmate. Differunt 4° in
ſitu ſiue loco: nam meri magis eſt poſitũ in profundo ver/
ſus ſpondiles dorſi ⁊ colli: ſed trachea arteria magis eſt po
ſita anterius: ⁊ cauſa fuit triplex. Una fuit cum trachea
ſit magis dura cartilaginoſa: ⁊ meri pelliculoſuꝫ põt magis
tueri cãna ab extrinſecis alterantibus q̃ꝫ meri: quare ma/

gis fuit poſita īterius. ſcđa cauſa fuit: qꝛ per tracheā attrahitur aer: cuius continuus debet eſſe ingreſſus: ⁊ ideo ipſe debuit habere ſitum directū: ad os: ⁊ ſic hꝫ: qꝛ poſitum eſt anterius ſicut os. tertia cauſa fuit: qꝛ ſi meri fuiſſet poſituꝫ anterius verſus gulam vel opoꝛtuiſſet ꝙ verſus fineꝫ trachee meri obliquaſſet verſus doꝛſum: vel qđ a fine canne vſqꝫ ad pꝛincipiū oꝛis ſtomaci fuiſſet vacuitas: ſed vtrūqꝫ eſt inconueniens. nam ſcđm eſt impoſſibile. pꝛimū autē pareret nocumentū ⁊ impedimentuꝫ in actu tranſglutiendi. His viſis eleua meri incipiendo a ꝑte inferioꝛi cuꝫ ſollicitudine ne tangas aliquē neruū reuerſiuū. verū eſt ꝙ faciliter ſeparatur a trachea vſqꝫ ad epiglotū. ibi vero difficulter: ꝓpterea quia tunica meri diſperſa eſt in epigloto: ⁊ iđ ab eo nō facile ſeparatur: ⁊ hoc fecit natura ſagaciter ad h̄ vt in hoꝛa tranſglutionis cū meri eleuatur ad os: ad trahēdum cibum: epiglotis etiam eleueꝛ ne ſui duricie cū ſoliditate impediat tranſitū cibi: ⁊ iſta ꝯtinuatio nō fuit neceſſaria in tota trachea: qꝛ ipſa ſm totū pꝛeter epiglotū non eſt cartilaginoſa: ⁊ ex hac anothomia manifeſtaꝛ ſentētia. G. in libello de motibus liquidis: qđ epiglotis hoꝛa tranſglutiōis nō mouetur ſurſum: qꝛ aliquo mō moueatur ex ſe: ſꝫ quia trahitur ab iſofago pꝛopter cōtinuationē dictā: ⁊ hec ſufficiant de anothomia iſofagi: ſiue meri: ⁊ cāne pulmōis.

## ⸿ De anothomia epiglotis.

ELeuato meri videbis extremitatē cāne pulmonis groſſam: ⁊ ſolidā que nominaꝛ epiglotꝭ. ⁊ h̄ epiglotus eſt cōpoſitus ex quadruplici ſubſtantia. ſ. pelliculari qua velatur ꝓpter cauſaꝫ dictaꝫ: ⁊ ex muſculis ⁊ neruis ⁊ cartilaginibus: muſculi: vt dicit. G. 8. de iuuamentis: ſunt. 20. ſ. 12. inter cartilagines eius. ⁊. 8. inter epiglotim ⁊ membꝛa circūiacentia: non tamē omnes perfecte poſſunt diſcerni. neruos aūt inuenies aſcendentes ab vnoquoqꝫ latere: trachee arterie vnū: ⁊ iſti ſunt rami oꝛti a neruis ſupꝛapoſitis deſcendētibus ſupꝛadictis: ⁊ oꝛiuntur ad eis iuxta coꝛ ⁊ ſuperius reuertuntur: ⁊ ideo iſti vocati ſunt nerui reuerſiui: ſiue nerui vocis: quia pꝛopꝛie ſunt pꝛincipiū motus vocis: ⁊ cauſa quare hi nerui reuerſiui fuerunt ⁊ non directe ad epiglotum venerunt a cerebꝛo fuit quadruplex. vt ibidem ponitur a Gal. lib. de motibus liquidis. Una cauſa eſt: qꝛ iſti nerui ſunt ꝑncipiū magni motus ⁊ foꝛtis ⁊ ſpiſſi: ꝓpter qđ debuerūt eſſe foꝛtes quare ſicci: qꝛ nerui motiui quāto ſiccioꝛes tanto foꝛtioꝛes; nunc autem fiunt ſiccioꝛes quanto magis a cerebꝛo remotioꝛes: quia iuxta cerebꝛū ⁊ oꝛiginem eoꝛū nerui ſunt valde molles: ꝓpter qđ vt eēnt remoti a cerebꝛo natura tranſmiſit eos vſqꝫ ad coꝛ: ⁊ poſtea reflexit ſuperius: ⁊ reflexit iuxta loca calida vt coꝛ: ⁊ arteriā adoꝛti vt fierent ſiccioꝛes Secūda cauſa fuit: qꝛ cū vox ſit motus quidam voluntarius: vel facta a motu voluntario: pꝛincipiū eius debet eſſe cerebꝛū: ⁊ quia cerebꝛū nō poteſt multū moueri: taliter oꝛdinauit natura iſtos neruos: vt cerebꝛo modicū moto moueretur epiglotꝭ. ſm impetū voluntatis ipſius: modo hoc fit per hoc ꝙ nerui illi ſūt ſituati ad modū freni ⁊ habenarū: ⁊ ideo dicit ibi Gal. ꝙ cerebꝛum vtitur his neruis ad mouendū epiglotim: ſicut miles vtiꝛ freno ⁊ habenis. Tertia cauſa eſt iſta: quia vox licꝫ dependeat a cerebꝛo tanqꝫ a pꝛincipio voluntary motus: dependet etiam a coꝛde tanqꝫ ab eo in quo foꝛmanꝛ conceptus: ⁊ ideo cuꝫ ſit operatio cōmunis cerebꝛi ⁊ coꝛdis: nerui qui ſunt inſtrumenta vocis debent cōmunicare coꝛdi ⁊ cerebꝛo: ⁊ ideo cum oꝛtum habeant a cerebꝛo tranſitū debuerūt habere iuxta coꝛ. Quarta cauſa fuit: quia nerui ad muſculos debent peruenire iuxta pꝛincipium eoꝛum: ⁊ non finem: pꝛincipium auteꝫ muſculoꝛū epiglotis eſt verſus partem inferioꝛem: quare nerui ad eos venientes ab inferioꝛi parte ad eos debent ꝑuenire: quare reuerſiui fuerunt: ⁊ iſti nerui licet manifeſte appareant tantū duo: tamē multiplicantur poſtea ſm multiplicationē muſculoꝛū: ⁊ ex his potes videre quomō ex inciſione neruoꝝ poteſt incidere leſio ⁊ vocis amiſſio. Item ꝙ quādo inciduntur nerui deſcēdentes ſimul amittitur vox ⁊ imen cum ictu: ⁊ quādo inciduntur ſolum nerui amittiꝛ tm̄ vox: ⁊ non alie operatiōes impediūꝛ: poſt neruoꝝ anothomiā eleua neruos ⁊ muſculos ⁊ conſpice tres cartilagines. pꝛima anterioꝛ maioꝛ eſt omnibus: clipealis ſiue ſcutalis appellata ad ſimilitudinē ſcuti ſiue clipei. Item quia poſita ad exterius ad defendendum vt clipeus. ſcđa vero eſt ad complendū totū qđ deficit ex pꝛima: ⁊ h̄ vocaꝛ nomen non habens: ⁊ cauſa quare fuit facta epiglotis cōplete cartilaginoſa eſt: vt ſit magis ſonoꝛa: vt ad ipſaꝫ fiat melioꝛ refractio: ⁊ non impediat cū hoc tranſglutionē: quia eleuatur hoꝛa tranſglutiendi ad ſuperioꝛa cum meri ꝓpter cauſam ſupꝛadictā. tertia eſt que exiſtit in medio ⁊ vocatur cimbalaris: in medio auteꝫ eius eſt lingua fiſtule dicta fiſtula ad ſimilitudinē fiſtule artificialis: vel ſic nominata eſt ad ſimilitudineꝫ fiſtule naturalis ⁊ conuenientius eſt dictum.

## ⸿ De anothomia lingue.

EXpeditis his que circa pulmonē ⁊ cannam eius: ⁊ epigloti: tunc remanet lingua que fabꝛicata eſt in oſſe facto ad figuram littere laude: habuit enim in ſuo fundamento os vt ab eo ſuſtentetur: ⁊ etiam quia diuerſis ⁊ varys debet motibus moueri: vt ei initatur ⁊ eidem affigatur: quia omnis motus localis debet eſſe ad aliquid fixum: ⁊ h̄ eſt cauſa quare os illud fuit figꝰ laudꝭ: quia ſi fuiſſet tantū vnum oblonguꝫ aut pꝛoceſſiſſet directe deoꝛſum: ⁊ tunc penetraſſet epiglotim: vel meri vel ſtetiſſet in latere vno: ⁊ tunc lingua nō exiſteret directa: ſed ad ideꝫ latus plicata: poſtea ſcinde linguam per medium ⁊ videbis magnas ⁊ plures arterias ad eam venientes vt facilꝛ moueatur ⁊ magnificetur: videbis etiam duo paria neruorum. ſcꝫ motiuoꝛum: qui magis pꝛofundantur in pꝛofūdo ⁊ radice lingue: ⁊ ſenſitiuoꝛum qui in ſuperficie ⁊ panniculo eius expanduntur ad dandum ſenſum guſtus ⁊ tactus: ⁊ ſic iam perueniſti ad anothomiam vnius oꝛti a cerebꝛo: ⁊ vnius ſenſitiui.

## ⸿ De anothomia capitis.

HIs expeditis aſſume caput quod eſt venter poſtremus: cōtines omnia membꝛa animata: ⁊ ſpecialiter cerebꝛum qđ eſt immobile: ⁊ ideo caruit muſculis: ſitus eius eſt pars ſupioꝛ coꝛpis. Cā aūt ſitus eiꝰ eſt ſupꝛadicta: ⁊ ex his apparet ꝑmū ipſiꝰ. ſ. ſuba eius: qꝛ de ſe oſſuoſum eſt potius qꝫ muſculoſum. apparet ſcđo ſitus ⁊ locus eius ⁊ ex ſuperioꝛibus ⁊ ſequētibus apparebit colligātia eius. apparet 3° quātitas eius: qꝛ hic venter in hoīe eſt magne quātitatis reſpectu alioꝝ ⁊ maioꝛis qꝫ in aliquo aīali eiuſdē quātitatis cū hoīe: qꝛ hꝫ ꝯtinere cerebꝛū quod maius eſt in hoīe qꝫ in aliquo aīali eiuſdē quātitatis. ⁊ dꝫ hēre vētriculos maioꝛes ⁊ magis diſtinctos. Figura autē capitis ⁊ foꝛma apparet: qꝛ eſt figꝰ ſperice leuiter pꝛeſſe ex vtraqꝫ ꝑte: ita ꝙ ſm anterioꝛa ⁊ poſterioꝛa giboſitates qſdā: ſm vͦo dextrū ⁊ ſiniſtrū hꝫ planitiē. Cā qꝛ fuit ſic rotūdū: qꝛ talis eſt oīum alioꝝ capaciſſima. ⁊ qꝛ ipſa nō pōt tāgi niſi in pūcto: ⁊ ꝑ ꝯñs a rebus exterioꝛibus tuta. his autē duobus īdiguit caput qꝛ dꝫ eē capaciſſimū ꝓpter cerebꝛū: ⁊ qꝛ valde diſpoſitū extrinſecus alterantibus. debet eē tutū ab eis: q̄re figꝰ fuit ſpice: nō tm̄ fuit figꝰ ꝑfecte rotūde: ſꝫ leuiter pꝛeſſe ex vtraqꝫ parte ꝓpter diſtinctiōes ventriculoꝝ cerebꝛi ⁊ ꝓpter oꝛtū ſenſuū particularū a parte ante

rioꝛi. q̄re fuit figͤ p̄dicte. Et ex his apparet quintū qḋ ꝯſuetit ingri in anoͣ cuiuſcūq; mēbꝛi. ſ. iuuamētū eius qḋ eſt cōe ⁊ gn̄ale. ſ. ꝯtinere mēbꝛa aīata ⁊ ſpāl'r cerebꝛum: ⁊ oꝛta ab eo. Sequit̄ 6° ⁊ vltimo videre numeꝝ partiū eius. partes aūt capitis ſm Auic. in 3° fen. pꝛima. ca° pꝛimo. ſunt. x. ſ. capilli: cutis caro: pāniculus exterioꝛ: craneū: pāniculi intrinſeci duo cerebꝛū: duo pāniculi īferioꝛes: rete mirabile os baſilar̄. ⁊ adde vndecimū vt oꝛta. Capilli in capite fuerūt gn̄ati ⁊ ex neceſſitate materie ⁊ finis. ex neceſſitate materie: qꝛ cū caput ſit caminū totius coꝛpoꝛis recipit fumoſas ſuꝑfluitates a toto coꝛpoꝛe q̄ ſunt materie ptilloꝝ: ⁊ iḋ ꝑ cutim eius egrediunt̄. ⁊ foꝛmant̄ pilli magni q̱ vocātur capilli: neceſſitas finis fuit: qꝛ cū caput ſit expoſitū rebus exterioꝛibus alterātibus hūit capillos vt ꝑ eos tueretur a nociuis extrinſecus alterātibus: cutis capitis groſſa eſt: qꝛ capilli debēt eſſe firmati ⁊ fixi in ea q̱ debēt hēre radices magnas ⁊ groſſas: ⁊ ideo cutis groſſa fuit: ⁊ etiā qꝛ eſt ſcutū ⁊ velamē oſſis ⁊ cerebꝛi: cū ſupꝛa craneū nō ſint muſculi caro apparet in frōte tꝑibus ⁊ circa mādibulās eleuata cuti cranei appebit tibi pāniculus exterioꝛ factꝰ ꝓpter tria iuuamēta. vnū vt craneū a cuti: ⁊ cutis a craneo ſine meͦ nō tāgat̄. ſecūdum vt craneū ꝑ hūc pāniculū ſentiat. Tertiū vt ꝑ hūc pāniculū dura mr̄ ſuſpēdat̄ craneo: qꝛ h̄ panniculus gn̄at̄ ex neruis ⁊ ligamētis oꝛtis a dura mr̄e penetrātibus ꝑ cōmiſſuras ⁊ poꝛos cerebꝛi extra craneum ex quibus cōtexitur panniculus hic exterioꝛ.

## ¶ De anothomia cranei.

CRaneum eſt os magnū circūdās cerebꝛū exterius. in cuius ꝯcauitate exiſtit cerebꝛū locatū. ⁊ ideo magnū eſt h̄ os in hoīe ſicut ⁊ cerebꝛū eius. ſitus eſt: qꝛ velatū eſt partibus p̄dictis pꝛopter neceſſitatē dictā: ⁊ velat cerebꝛū ꝓpter neceſſitatē eius dictā. Iſtud craneū nō fuit vnū cōtinuū. ſed partes habuit ⁊ hoc pꝛopter multa. pꝛimo vt ſi fieret nocumētū in vna parte. alteri nō cōicaret̄: vel toti. 2° vt fumoſitates poſſent ꝑ iūcturas extra craneū expelli. 3° vt virtus medicaminū tꝑe neceſſitatis poſſit ad ſubſtātiā cerebꝛi penetrare: iſte partes continuate ſunt iūcturis q̄ vocant̄ adoꝛee. ſ. ſerratiles: non eniꝫ fuerūt nodatiles: qꝛ nō debēt moueri iſta oſſa: ſed fuerūt ſerratiles vt firmioꝛē facerent colligātiam. ⁊ ideo dētales ſunt: ⁊ fuerūt duplices. ſ. vere ⁊ mēdoſe. Mēdoſe ſunt due. ſ. in vtroq; tꝑe vna: ⁊ dicunt̄ mendoſe qꝛ nō penetrāt iterius. ſed tm̄ apparēt exterius. vere vero ſūt tres ſicut tres ſunt vētriculi. ſ. coꝛonalis facta ad modū coꝛone: ſagitalis ꝓrūpēs ſm lōgitudinē ad modū ſagitte vel linee: ⁊ 3° adoree lauda: q̄ cōtinuat craneū poſterius qḋ eſt figͤ laude ⁊ fuit figͤ iſtius os poſterius: qꝛ cerebꝛū poſterius eſt figure piramidalis: q̄ ſit cā iſtius apparebit in anoͣ ſubſtātie cerebꝛi poſterioꝛis: ⁊ ex his apparet ꝙ in gn̄e q̄nq; ſunt oſſa capitis. ſ. os frontis: duo parietes carnei: os laude: ⁊ baſilare: qḋ ſtatim videbis: ⁊ ex his pꝫ qḋ ſit iuuamentū cranei: ⁊ partiū eius. Egritudines eius ſunt oīum geneꝝ: pōt eniꝫ pati malā cōplōnē: āpa: ſolutionē ꝯtinuitatis. in qua nota ꝙ ipſa ꝑiculoſa ē: qꝛ diſcooꝑtū eſt aeri: ⁊ appꝛopiquās extrinſecis alterātibus. ⁊ maxime ſi fiat in loco iuncturaꝝ: ⁊ ſpāl'r in loco qui dr̄ bꝛegma: ⁊ eſt pars mollioꝛ ⁊ gracilioꝛ q̄ ſit in craneo ⁊ tardius induratur ⁊ hoc in pueris: qꝛ ibi fit cōiunctio ſiue vnio duarum iuncturarum.

## ¶ De anothomia dure matris ⁊ pie matris.

EXpedito craneo videbis pāniculos duos ſub eo. ſ. piā matrē: ⁊ duraꝫ matrē factos vt velēt cerebꝛū: ⁊ vt cerebꝛū nō tāgat̄ a craneo qḋ eſt valde duruꝫ: ⁊ ideo iuxta craneum imediate exiſtit dura mr̄: que ſolida ⁊ dura eſt: ⁊ iuxta cerebꝛuꝫ eſt pia mr̄ que mollis ⁊ humida eſt vt non ledat cerebꝛum: ⁊ etiaꝫ qꝛ in ipſa continent̄ ſiue cōtexte ſunt vene quibus mediantibus nutritur cerebꝛuꝫ. ⁊ ex hoc apparet quare duo fuerunt pāniculi: quia hoc fuit: vt durus non cōtingeret cerebꝛum: ⁊ vt mollis non cōtingeret craneū. eſt etiā alia cauſa: vt ſi nocumētum accideret vni nō cōmunicaret cerebꝛū: ⁊ dura mater magis eſt alligata craneo vt ſuſpendat̄ ei: ⁊ ideo ꝑ ipſuꝫ ſiue ſuas poroſitates tranſmittit neruulos ⁊ ligamēta. hꝫ etiā dura mater ꝯtinuitatem cum cerebꝛo. vnde penetrat per ipſuꝫ diuidens ipſuꝫ per mediuꝫ in dextruꝫ ⁊ ſiniſtruꝫ vſq; ad vētriculum anterioꝛē: ⁊ eſt diuidens etiam ipſum in anteriꝰ ⁊ poſterius. ⁊ ideo diuidit anterius cerebꝛū a poſterioꝛi: ⁊ fuit hoc neceſſariū: qꝛ vnū eſt diuerſe cōplexiōis ab alio: ⁊ ſicut diuidit dura mater ita etiaꝫ ⁊ pia mr̄: imo magis: qꝛ cum pia mater ſit ſuſtentaculū venaꝝ nutrientium cerebꝛum: diuiſa eſt per cauernoſitates cerebꝛi vt nutrimētuꝫ tribuat cerebꝛo: ⁊ ſic penetrauit vſq; ad ventriculos cerebꝛi: ⁊ circūcirca velati ſunt panniculo ſubtiliſſimo vſq; ad finem mediꝫ: naꝫ ventriculus poſterioꝛ pāniculo nō indiget. ꝓpter ſiccitatem eius reſpectu anterioꝛis.

## ¶ De anothomia cerebꝛi.

PAnniculis eleuatis appebit cerebꝛuꝫ in hoīe maius in quātitate q̄ꝫ in aliquo alio aīali eiuſdē quātitatis: quia coꝛ hꝫ calidius eiſdem: ⁊ indiget ꝓpter operationem intellectus pluribus ſpiritibus aīalibus: ⁊ hoc cerebꝛū hꝫ duas partes. ſ. anterioꝛē ⁊ poſterioꝛē. pars anterioꝛ eſt diuiſa ſm dextruꝫ ⁊ ſiniſtruꝫ: ⁊ hec diuiſio eſt apparens manifeſte in ſubſtantia cerebꝛi: ⁊ ex ꝯſūti in ventriculis eius eſt ſubſtantia medularis frigida ⁊ humida diuerſa ab aliꝭ medulis: qꝛ nō eſt contenta vt craneum nutriat: ſed potius craneum nutritur vt cōtineat cerebꝛuꝫ: ⁊ eius iuuamentuꝫ eſt vt ſpirituꝫ vitalē ſui cōplexione cōtēperet: vt fiat aīalis: poſtea vero vade ſcindēdo leuiter ꝑ mediuꝫ donec peruenias ad ventriculuꝫ anterioꝛem magnū: ⁊ anteq̄ꝫ ꝓfundas vſq; ad lacunā nota vētriculū eſſe diuiſum vt dixi in dextrum ⁊ ſiniſtrū: ⁊ parietes hinc inde ſunt deſcendentes vſq; ad baſim ⁊ diuidentes dextrum a ſiniſtro: ⁊ tunc ſtatim videbis amplitudineꝫ vniuſcuiuſq; ventriculoꝝ in anterioꝛi parte eius. ſ. In angulo anterioꝛi locata eſt fantaſia: que retentiua eſt ſpecierum a ſenſibus particularibꝰ receptaꝝ in angulo poſterioꝛi eſt imaginatiua que eſt appꝛehenſiua haꝝ ſpēꝝ in fantaͨ retentaruꝫ: ⁊ eas appꝛehendit cōponendo ⁊ diuidēdo diſcernendo hoc eſſe hoc. in medio vero huius eſt ſenſus cōis qui eſt appꝛehendēs ſpēs delatas a ſenſibus particularibus ⁊ ideo ſenſitiua terminat̄ ad illum locū vt riui ad fontē vt videbis. ⁊ hec omnia ſunt dicta ſm ſententiam. Auic. de virtutibus aīalibus. Et lꝫ ſm ſn̄iam Gal. ⁊ Ari. ibi tātuꝫ ſit ſenſus cōmunis q̱ diuerſimode pōt dici: ⁊ fantaſia ⁊ imaginatio: vt al's declaraui. Et ex his poſſunt patere iuuamēta huius vētriculi: qꝛ iuuamēta ſunt vt imaginatiōi: fantaſie: ſenſui cōmuni deſeruiat: ⁊ vt omnibus ſenſitiuis ſiue oꝛganis ſenſuū tribuat ſpiritū aīalē vt ſentiant: ⁊ ex his apparent nocumēta que in hoc ventriculo ⁊ cerebꝛo anterioꝛi contingūt: qꝛ in eo poſſent oēs egritudines fieri ſolutio continuitatis mala cōplexio: que ſi ſint in pāniculo doloꝛē cānt: ⁊ ſi totū circūdant pāniculū vocatur ouum: ſi mediaꝫ partē emigraneā: poteſt etiā pati egritudinem que eſt āpa: ⁊ ſi ſit in pāniculis calidū: vocat̄ ſyrſen quod frequēter ꝯtingit: ſi ſit frigidū vocatur litargia. ſi vero ſit in ſubſtātia cerebꝛi peſſimū eſt ⁊ moꝛtifeꝝ. ⁊ poteſt pati egritudinē cōpoſitionalē: que ſi eſt oppilans nō ex toto: aut eſt ſubſtantia vapoꝛoſa ⁊ ſic eſt vertigo ⁊ ſcotomia: aut eſt humoꝛalis: ⁊ ſic eſt

ſtupoꝛ: paraliſis ⁊ hꝰ. ſi ſit oppilans ex toto: aut oppilat
vētriculos ⁊ ſubſtātiam ſimul: aut ventriculos tātū. ſi vē
triculos ⁊ ſubſtantiā ſic eſt apopleſia. ſi vētriculos tm̄ ſic
eſt epileſia: veꝝ eſt ꝙ hec oppilatio eſt oppilans vētricu-
los alios: ꝫ nō tm̄ quātū ad rioꝛē. Melācolia vō eſt de ge-
nere male cōplexionis. ante aūt ꝙ̄ ꝓcedas ad vētriculum
mediū: ꝯſidera intermedia inter hunc ⁊ mediū: ⁊ ſunt tria
.ſ. anche que ſunt ſicut baſis hꝰ anterioꝛis ventriculi dex-
tri ⁊ ſiniſtri: ⁊ ſubſtātia cerebꝛi ad foꝛmā ⁊ figurā anchaꝝ:
⁊ a latere vniuſcuiuſqꝫ intra vētriculos iam dictos eſt ſub-
ſtātia vna ru. ſanguinea facta ad modū vermis oblōgi ſiue
ſubterranei: ligata ligamētis ⁊ neruulis alterutrinqꝫ: que
ad ſui elongationē ꝯſtringit: ⁊ claudit anchas. ⁊ viam ſiue
trāſitū ab anterioꝛi ad mediū ⁊ ecōtra: qn̄ hō vult ceſſare
a ſui cogitatiōe: ⁊ rurſus in ꝯſideratōe eleuat parietes ⁊ di
latat anchas vt poſſit ſpūs trāſire ex vno vētriculo ad ali-
os: ⁊ ideo vocat̄ vermis: tū q2 aſſimilat̄ vermi ſubterraneo
in ſubſtātia ⁊ figura ⁊ etiā in motu cōtractiuo ⁊ extenſiuo.
poſt hoc deſcende inferius ⁊ paulatiue ⁊ pꝛimo tibi occur-
ret lacuna que eſt quedā cōcauitas rotūda ⁊ oblōga in cu
ius medio eſt foꝛamē tendens inferius ad palatū dyago-
nalis: ⁊ eidē occurrit via directa que a medio vētriculo de
ſcēdit directe ad colatoꝛiū: ⁊ hec lacuna circūquaqꝫ eminē
tias hꝫ rotūdas magnas factas ad ſuſtētādum venas vel
arterias ad aſcendendū a rete mirabili ad ventriculos ce-
rebꝛi dictos: ⁊ ideo in baſi eius apparent glādule que ſunt
iuxta rete mirabile eminētes: ⁊ ꝑ iſtā lacunā vētriculi an-
terioꝛes ⁊ cerebꝛū quātum ad mediū eius: expurgāt ſuas
ſuꝑfluitates. ſed cerebꝛū quātū ad partes anterioꝛes ma
gis expurgat ſuas ſuꝑfluitates per colatoꝛia nariū. Et his
expeditis ſtatim tibi apparet vētriculus medius qui eſt ſi
cut quedam viā ⁊ trāſitus ab anterioꝛi ad poſterioꝛē par-
tem: ⁊ in iſto locata eſt virtus cogitatiua: ⁊ merita q2 hec
virtus operat̄ cōponēdo fantaſiata ⁊ memoꝛata vt ex ſen-
ſatis eliciat nō ſenſata. Item q2 ipſa eſt virtus regitiua to-
tius aialis. regimē aūt totius animalis cōſiſtit in appꝛehē
ſione pꝛeſentiū: memoꝛia pꝛeterioꝝ ꝓnoſticatione futuro-
rum. ⁊ ideo debuit eſſe in medio haꝝ virtutum appꝛehen-
ſiuaꝝ ⁊ memoꝛatiuaꝝ: fuit etiā in medio hoꝝ vētriculoꝝ
vt ſit v̓tus eiꝰ in directo ad coꝛ. eo ꝙ v̓tus eiꝰ eſt virtus ime
diate deſeruiēs itellectui. q̄re debuit eſſe in meᵒ vētriculo:
⁊ in medio dictaꝝ virtutū. poſt iſtum ꝓcedēdo tibi appa-
rebit ventriculus poſterioꝛ: qui eſt in cerebꝛo poſterioꝛi ſi-
tuatus: ⁊ locatus: ⁊ hoc cerebꝛū eſt velatum ⁊ diſtinctum
a pꝛimo duobus pāniculis iam dictis: q2 hoc eſt molle. ſ.
anterius ⁊ poſterius eſt durum: ⁊ iſtud cerebꝛū poſterius
eſt locatū: q2 eſt p̓ncipiū nuche. ⁊ q2 eſt p̓ncipiū plurium
neruoꝝ motiuoꝝ. motus aūt fit per neruos motiuos: qui
quāto durioꝛes tanto foꝛtioꝛes. iſtud cerebꝛū eſt figure pi-
ramidalis. q2 ventriculus locatus in eo eſt etiā figure pi-
ramidalis. ⁊ cauſa q̄re illius figure eſt ventriculus poſte-
rioꝛ: eſt q2 per partem inferioꝛē eius que eſt eius baſis dꝫ
recipere. ⁊ ideo dꝫ habere latitudinē. per partē ſuperioꝛē
dꝫ cōtinere. ⁊ ideo acumē ⁊ ſtricturā dꝫ habere in cacumi
ne: q2 ſpēs melius cōſeruant̄ in ſtricto loco ꝙ̄ in amplo: ⁊
ideo fuit talis figure. Et ex his pꝫ que ſint operationes ſi-
ue iuuamenta iſtius cerebꝛi poſterioꝛis. q2 vnum eſt vt ſit
pꝛincipiū neruoꝝ motiuoꝝ ⁊ nuche. aliud eſt vt ſit inſtru-
mentum virtutis memoꝛatiue. Et ex hoc pꝫ ꝙ paſſio pꝛo-
pꝛia huic eſt quādo leſa eſt memoꝛatiua. ſicut quando leſa
eſt cogitatiua egritudo ꝓpꝛia eſt in vētriculo medio. ⁊ qn̄
leſa eſt imaginatio paſſio eſt in ventriculo anterioꝛi. ſicut
quando paſſio eſt cōicās toti cerebꝛo oēs virtutes ſunt le-
ſe ⁊ operationes oīum haꝝ virtutū. ſed tu dices que eſt cā
quare ventriculus medius nō habuit cerebꝛū mediū di-

ales ⁊ memo-
ratiua,

ſtinctū. ſicut alii ventriculi. dicendum ꝙ cā fuit q2 iſte vē-
triculus eſt ſic via ⁊ trāſitꝰ iſtoꝝ alioꝝ duoꝝ. ⁊ iō nō dꝫ eē
diſtinctū ab eis ſm̄ cerebꝛū ⁊ hec de anothomia cerebꝛi.

¶ De anothomia duaꝝ caruncularum. ⁊ neruoꝝ qui oꝛi-
untur a cerebꝛo ⁊ retis mirabilis.

His expeditis opꝫ cerebꝛū eleuare le
uiter: ita vt non rūpat̄
b aliquis neruus ⁊ icipe eleuare a parte anterio-
ri: ⁊ tunc ſtatim tibi apparebūt due carūcule ſi-
millime capitibus māmillarū: ⁊ in ſubſtātia ap
parent ſimiles ſubſtātie cerebꝛi: ⁊ ideo a medulari ſubſtā-
tia ſunt oꝛte velate ſubtiliſſimo pāniculo qui dicit̄ pia ma
ter: ⁊ ideo fragiles ſunt ſatis: q2 non debebāt in hoīe extra
penetrare: ⁊ hoc q2 cerebꝛū ex odoꝛibus confoꝛtatur ⁊ foꝛ
tificat̄: q2 cerebꝛū eſt cōplexionis frigide ⁊ humide exce-
denter. odoꝛ aūt cū ſit fumalis euapoꝛatio vel non ſit ſine
fumali euapoꝛatōe habet exiccare ⁊ calefacere: q̄re remit-
tere habet lapſum cerebꝛi: ⁊ ideo ipſum habet iuuare: q̄re
natura oꝛdinauit vt non elongarentur a cerebꝛo: ſed intra
craneū remanerent in ꝯcauitate colatoꝛij ſiue emunctoꝛij
nariū: ⁊ per poꝛoſitates oſſis nariū recipiūt vapoꝛes: ⁊ odo
res repꝛeſentāt vſqꝫ ad ventriculū anterioꝛē cerebꝛi. Po
ſtea ꝓcede: ⁊ videbis neruos duos maioꝛes: qui ſint in coꝛ
poꝛe noſtro vocatos opticos quoꝝ oꝛigo eſt a ſubſtantia
cerebꝛi. ⁊ ſi bene ꝓcedas videbis ꝙ cōtinuati ſunt ſubſtā-
tie cerebꝛi in ventriculis anterioꝛibus: ⁊ extra pāniculum
piam mr̄em cerebꝛi anteꝙ̄ craneū egrediunt̄ ꝯiungunt̄:
q2 ad inuicem applicant̄: vel q2 cruciant̄ exiſtentes perfo
rati in loco cruciationis ⁊ vnionis ipſoꝝ vt eis ſit vnus lo
cus cōmunis vt ſpēs vnius rei recepta a duobus oculis ⁊
delata ꝑ duos neruos ad vnitatē redeat vt vna res nō vi
deat̄ due. ſꝫ vna ſicut debet: ⁊ poſt cruciationē eoꝝ egre-
diunt̄ craneū: ⁊ quilibet eoꝝ ad ꝓpꝛium venit oculū: cu-
ius anothomia poſtea videbitur: poſt ipſos eleua tm̄ cere-
bꝛum ſm̄ medietatē eius ⁊ videbis 2ᵐ par neruoꝝ ſubti-
lium ⁊ duroꝝ. qui vadunt ad oculos ad mouendum ipſos
motu voluntario. poſtea eſt tertiū par neruoꝝ cuius vna
pars vadit ad mēbꝛa faciei ad dandū ſenſum ⁊ motū vo-
luntarium: ⁊ alia pars eius admiſcet̄ quarto pari: ⁊ iſtud
quartum par ſimul cum eo quod ei admiſcet̄ ex tertio pa
ri: deſcendit inferius ad loca dyafragmatis. ⁊ dat ſenſum
mēbꝛis inferioꝛibus ⁊ viſceribus. ⁊ iſti veniunt ad ſtoma-
cum ⁊ ex eis oꝛiunt̄ reuerſiui: quoꝝ iuuamenta ſunt dicta
ſupꝛa: ⁊ iſti pꝛimi ſunt nerui vocis cōes: ſicut reuerſiui ſūt
nerui ꝓpꝛij vocis. Poſtea ſunt nerui quīti paris qui vadūt
ad os petroſum quod eſt in radice auris ⁊ eius foꝛamē ꝑ
pāniculum cōtextum ex filis hoꝝ neruoꝝ: ⁊ ſic ſunt īſtru-
mentū auditus. Poſtea ſunt nerui ſexti paris ſubtiles qui
vadūt ad palatū ad dandū ſenſū palato. Ultimo eſt ſepti
mū par neruoꝝ qui vadunt ad linguā ad dandum ſenſum
guſtus ⁊ motū lingue. Et ex his ꝓcedendo eleua totū ce-
rebꝛū: ⁊ tunc tibi apparebunt duo pāniculi inferioꝛes exi-
ſtentes ſupꝛa os baſillare quod eſt baſis ⁊ fundamentum
cerebꝛi: ⁊ totius capitis. ⁊ tunc eleua hos duos panniculos
ab oſſe: ⁊ in medio baſillari ī directo colatoꝛij inuenies re
te mirabile cōtextum cum textura foꝛtiſſima ⁊ miraculo-
ſe duplicata ex arterijs ſubtiliſſimis ad inuicem cōtextis:
que ſunt rami arteriaꝝ apopleticaꝝ aſcendentium ab illo
reti ſiue in venis iſtius retis cōtinet̄ ſpiritus vitalis aſcen
dens a coꝛde ad cerebꝛū ad hoc vt fiat aialis. Et quia ſpiri-
tus hic melius alterat̄ diuiſus ad minima. ⁊ tunc maxime
diuidit̄ ad minima quādo eſt cōtentus in arterijs paruiſ-
ſimis ⁊ ſubtiliſſimis: ideo iſtud rete fuit cōtextū ex venu-
lis ſiue arterijs minimis ſubtiliſſimis: vt ſpiritus ꝯtentus
in eis a cerebꝛo faciliter alteretur ⁊ temperet̄ ⁊ ad foꝛmā

anima'is ſpiritus cõuertaꝛ. licet formã pfectiorẽ acquirat in ventriculis cerebri. ſicut ſanguis in ventriculis cordis: ⁊ hec eſt vna ex cauſis quare rete mirabile fuit cõtextum vel conflatũ ſub cerebro vt ponit Gal. x. de iuuamentis: ⁊ in libro de vtilitate pulſus. eſt ⁊ alia cã qꝛ mẽbꝛuꝫ hoc eſt dignum multa cuſtodia quare natura locauit ipſum in loco tutiſſimo. ⁊ forte hoc etiã fecit natura vt ex vaporibus ciboꝝ ⁊ potuũ cõdenſatis a cõplexione cerebri ⁊ cadentibus deorſum: vt aliqua oppilatio ad tps fieret in hoc reti mirabili ex qua oppilatione cãtur ſomnus. Iſtud rete ſuſtentant due carnes glandoſe facte principaliter ad ipſum ſuſtentandum: ad replendum vacuitates: ⁊ ad ſuſtentãdũ duas venas aſcendentes ad cerebꝛuꝫ: ⁊ duas arterias aſcẽdentes ad vẽtriculos cerebri. Et hec de anothomia cerebri dicta ſufficiant.

De anothomia oſſis baſillaris ⁊ oculi.

Poſt hec omnia videbis os baſilare qđ eſt durius ceteris: qꝛ dꝫ eẽ baſis ⁊ fundamentũ. ⁊ ſuſtentamentũ omniũ alioꝛum: quod aũt dꝫ alia ſubſtentare dꝫ eſſe durũ. durũ fuit etiã vt a ſupfluitatibus qbus ſummittitur nõ putrefiat. ſed putrefactioni reſiſtat. iſtud os diuiſum eſt in oſſa petroſa narium: ⁊ oculoꝝ: ⁊ oſſa duo lateralia: que vocanꝛ oſſa paris: ⁊ ſic ſunt quiqꝫ: ⁊ hoc melius diſcernes ſi decoques: tñ tñ eſt ꝙ oſſa narium ſunt multum cauernoſa poroſa vt ſupfluitates poſſint deſcendere: ⁊ vapor ſubiectus odori aſcendere ad cerebꝛũ: poſtea ſinde alterutraqꝫ oſſa oculoꝝ ⁊ videbis locum oculi: ⁊ colligãtiaꝫ eius cũ neruo optico: ⁊ colligãtiam eius cũ neruis motus oculi. apparet etiam locus eius: quia non eſt poſitus multũ in ꝓfundo: qꝛ dꝫ recipere ſpẽs in medio exiſtentes: non eminet etiam multum extra in hoie: ne ab exterioribus ledaꝛ: cũ eos habeat valde molles ⁊ paſſibiles. ⁊ iõ ad eius ſiue eoꝝ tutelã in hoie natura ordinanit ſupercilia vt a rebus deſcendentibus cuſtodianꝛ: ⁊ palpebras vt a rebus occurrentibus anterius cuſtodiantur. ordinauit etiã tuberoſitates maxillaꝝ vt cuſtodianꝛ a rebus inferioribus aſcẽdentibus: ⁊ a latere obuiãtibus: ſicut ab alio latere obuiãt nares. ¶ In oculo aũt ſunt ſeptẽ tunice ⁊ tres humores: tunicas videbis diuidẽdo oculũ in duas partes plane ⁊ leuiter. ſ. in anteriorem ⁊ poſteriorẽ: ⁊ in anteriori ſunt. 4. tunice: quarum tres ꝯtinuanꝛ ⁊ correſpondẽt tribus tunicis itrinſecis: qꝛ vni illaꝝ. ſ. cornee nõ ꝯtinuaꝛ aliqua in ꝓfundo ſiue interius. ſicut ergo prima eſt cornea que diciꝛ cornea: qꝛ aſſimilaꝛ cornu in ſubſtãtia ⁊ colore. qꝛ tranſparẽs eſt: ⁊ fuit trãſparens quãtũ ad colorẽ vt nullius eſſet coloris ne impediret receptioneꝫ omnis coloris. fuit etiã ſubſtantie ſolide. qꝛ rebus exterioribus eſt ꝓpinquiſſima. Secunda eſt coniunctiua: qꝛ preter corneã exterius eſt coniũgens ⁊ velans ⁊ cooperiens totum oculum: ⁊ huic in parte poſteriori ſiue interiori eſt tertia tunica dicta ſclirotica: ꝯtinuata cum ea: ⁊ interius circũdans totum oculum. poſteã in parte anteriori eſt vuea dicta ſic: qꝛ aſſimilaꝛ medio folliculo grani vue nigre: in cuius medio verſus corneam eſt foramen quođ diciꝛ pupilla: facta vt ſpẽs viſibilis poſſit peruenire vſqꝫ ad criſtallinã: ⁊ non ipediaꝛ propter obſcuritatem vuee: ⁊ cã quare nõ fuit totus diſcooptus hac tunica vuea eſt triplex. vna eſt qꝛ ab ea ſuo colore viridi puniceo ſeu azuro confortat ſpiritum viſiuũ: cum ſit medium inter extremos colores. Secunda cauſa eſt quia ſi ipſa non eſſet ſpiritus viſiuus nimis a lumine exteriori lederetur ⁊ reſolueretur ⁊ ideo vt ſtaret vnitus in vno loco in directo criſtalline fuit hec tunica habens vnũ foramẽ quod pupilla nominaꝛ. ⁊ ideo cõtingit ꝙ ſi hoc foramẽ dilatatur a natura: vel aliter: ꝙ impediꝛ viſus: ⁊ magis impeditur ꝙ̃ ſi conſtringatur a natura. Tertia cauſa eſt: qꝛ oĩs ſpecies rei que videtur peruenit ad oculum in figura piramidali cuius baſis eſt res viſa: ⁊ eius conus eſt oculus: ſiue eius angulus eſt in criſtallina: quare oportet ꝙ hoc foramen ſit ſtrictum: dicitur etiam vuea hec tunica qꝛ cõtinet humorem vueum generatũ ad humectandum oculũ ⁊ ad hoc vt ſit medium intrinſecus receptiuũ ſpẽꝝ. ⁊ quia tale mediũ nõ põt eſſe niſi aque vel aeris a dñio: ⁊ aer nõ poteſt ibi conſeruari. ideo non fuit ibi aer ſed aqua: Item quia illuc currit ſpũs viſibilis aeris a dominio: ⁊ hic humor cõtineꝛ in vuea vt prohibeat criſtallinam appropinquare aeri exteriori: ⁊ vt corneam diſtare faciat a criſtallina: ⁊ vt foramen pupille ſtet dilatatum ⁊ ꝓpterea egrediꝛ foramen vuee ⁊ intumeſcit cornea: ⁊ ideo contingit in appropinquantibus morti cum exicceꝛ hic humor: ꝙ cornea cadit ⁊ applanaꝛ: ⁊ tunc a vulgaribus dicitur ꝙ tũc apparet tela ante oculos: ⁊ eſt ſignum infallibile mortis: cõtingit etiam propter eius exiccationeꝫ cõſtrictio pupille. ſicut propter eius multitudinem cauſatur dilatatio pupille. ⁊ iã potuiſti videre noticiam paſſionum que occulte ſunt: que fiunt in oculo rõne huius vuee: niſi ꝙ reſtat aliquid dicere de cataracta. Cataracta autẽ fit quando vapor generaꝛ aut deſcendit de cerebro vel a ſtomaco ⁊ peruenit in directo pupille ad humorem hunc: ⁊ exiſtens in criſtallinaꝫ ⁊ pupillam impedit receptionem ſpẽꝝ: ⁊ qꝛ hic vapor in pͥncipio eſt mobilis ſpecies repreſentaꝛ cum motu. Item cuꝫ de ſe ſit coloratus mouet criſtallinam ſm ſuum colorem: ⁊ cum ſpecies ꝯſueuerant eſſe rei extrinſece que mouet viſum: iudicat virtus viſiua res exterius eſſe motas. ⁊ ideo iudicat muſcas volare: aut cimices vel formicas ſupra parietem ambulare. Poſtea vero hic vapor in aquam conuertitur: que cum cõdenſatur in cataractaꝫ tranſit confirmatam: que ſi totam pupillam cooperiat prohibet omnino viſum. ſi autem non oppillet ex toto: aut exiſtit a latere foraminis aut in medio. ſi a latere diminutam videt ⁊ iudicat eſſe rem. ſi vero in medio ſit iudicat rem eſſe perforatã quia partem quam videre non poteſt iudicat eſſe foramẽ. Et ex his nota modum curatiõis cataracte cõfirmate que fit per manualem operationeꝫ: qꝛ non fit: qꝛ iſta cataracta penitus extrahatur. qꝛ anteꝙ̃ poſſit extrahi egredietur totus humor albugineus. ſed hoc fit quia acum imponunt ꝑforando corneaꝫ longe a pupilla: ⁊ profundãt oblique corneam donec ſit in directo pupille. Poſtea ducunt acum ad locum cataracte vel aque cõdempſate. ⁊ tunc cum ipſa impellunt infra ad locum infimum: ⁊ tunc cum faſciatione ⁊ alys rebus prohibet ipſam reaſcendere. ⁊ ideo taleꝫ actuꝫ non vocant cataracte curatiuuꝫ: ſed vocant deprimere cataractaꝫ. ⁊ ſic apparet tibi 4ª tunica: que dicitur vuea: cuꝫ iſta in parte poſteriori ſiue interiori oculi eſt tunica ꝯiuncta que diciꝛ ſecundina: vel qꝛ ipſa ſecũda eſt a ſclirotica: vel qꝛ ſecundine aſſimilata. poſt iſtas eſt tunica aranea circũdans criſtallinam verſus partem anteriorem: cui in parte poſteriori: continuatur tunica retina: ⁊ in medio iſtaruꝫ continetur humor vitreus: ⁊ in medio eius eſt humor criſtallinus rotundus ſiue figure ſperice cum quadam planitie in parte anteriori: ⁊ hic humor eſt magis verſus parteꝫ anteriorẽ ꝙ̃ humor vitreus in quo locatur. ⁊ ideo hic humor factus eſt ad criſtallinã locandũ: ⁊ ad ipſam nutriendũ. Et ex his cõpleta eſt anothomia oculi.

De anothomia auris.

His expeditis videbis aurem poſitã a latere capitis: qꝛ ſonus percipiatur a dextris ⁊ ſiniſtris: ⁊ ante ⁊ retro: ⁊ ſurſum ⁊ deorſum. Et ideo inſtrumentuꝫ eius potuit locari in dextra ⁊ ſiniſtra: non autẽ

in parte anteriori.qꝛ ibi erant inſtrumenta alioruʒ ſenſuū. auris autem fuit figure rotunde in hoīe vel circularis vt eſſet plurium capaciſſima.⁊ cartillaginoſa fuit: vt eſſet ab alterantibus extrinſecus tuta:⁊ vt eſſet ſonora cuius foramen eſt longum terminatum ad os petroſum:in cuius cōcauitatibus eſt ſpūs cōplanatus qui eſt inſtrumentū auditus:⁊ eius foramina vel cauernoſitates cooperit panniculus ſubtilis cōtextus ex villis neruorum auditus iam ſupradictorum:oſſa autem alia que infra baſilare ſunt non bene ad ſenſum apparent niſi oſſa illa decoquantur.ſed ꝑpter peccatum dimittere cōſueui.veruʒ eſt ꝙ de mandibularum oſſibus potes videre principium.⁊ finem : incipiūt enim a commiſſura ſiue adorea que eſt inter craneuʒ ⁊ baſilare in loco qui eſt in fine ſupercilij ⁊ frontis:⁊ procedit verſus partem poſteriorem iuxta os petroſuʒ:⁊ auriculā: terminant̄ aūt ad dentes:quoꝝ anothomiā ſupra dixi.

¶ De anothomia ſpondilium.

Capite expedito diuide totum corpus ſꝫ longitudinem in duas partes incipiens a collo vſqꝫ ad caudam:⁊ tibi primo occurrit collum factum propter pulmonē : ⁊ tracheam arteriam in animalibus reſpirantibus. In quo ſunt ſeptem ſpondiles:⁊ ſpondiles he ſunt ſubtiliores:⁊ graciliores alijs.qꝛ ab alijs debent ſuſtentari ⁊ portari.delatum autem debet eſſe leuius deferente. licet autē ſint ſubtiliores alijs:foramen habent maius:qꝛ nucha eſt groſſior in collo q̄ʒ in aliqua parte ſpondilium. quia ibi eſt principiuʒ eius:⁊ qꝛ ſunt graciles he ſpondiles fuerunt dure ⁊ firmiter continuate vt non accidat diſlocatio : ⁊ leſio ab obuiantibus extrinſecus.poſt iſtas ſunt ſpōdiles coſtarum que ſunt.xij.ſicut ſunt coſte.xij.ſeptem vere:⁊ quinqꝫ mendoſe. Poſtea ſunt ſpondiles renum que ſunt.v.⁊ ſunt valde groſſe ⁊ magne:cum ſint ſicut fundamentuʒ ⁊ ſuſtētamentum omnium aliaꝝ ⁊ baſis. Poſtea ſunt ſpondiles alanis que ſunt in plicatura:que eſt a dorſo ad candam:⁊ ſunt tres minores predictis:qꝛ debent continuari cū oſſibus ſiue ſpondilibus caude que ſunt parue. Ultimo ſunt ſpondiles caude.Uerum eſt ꝙ debes notare differentiaʒ harum ſpondilium:que eſt in foraminibus caruʒ: per que trauſeunt paria neruorum:⁊ diuerſitates etiam earum: in alis ſiue additamentis earum:ſiue ſimenijs vt noīat Aui. ſed he diuerſitates magis ſunt note in corpore decocto vꝉ perfecte exiccato. ⁊ ideo non cures. ſed forte alꝭs faciam anothomiam in tali:⁊ ſcribam que ad ſenſum videbo vt ꝓpoſui a principio.in qualibet tamen ſpondili eſt nucha q̄ eſt medulla ſimilis ſubſtantie cerebri:niſi ꝙ viſcoſior ⁊ ſolidior eſt facta vt ab ipſa tribuatur ſenſus ⁊ motus toti corpori a capite inferius.⁊ qꝛ orta eſt a cerebro diuiſo ſꝫ dextrum ⁊ ſiniſtrum:hinc eſt ꝙ in ſuperficie eius apparet filū diuidens eam per medium.ſ.dextrum ⁊ ſiniſtrum: tamen non penetrat hec diuiſio vel ſeparatio ſm ꝓfundum. quia nucha eſt orta a parte poſteriori cerebri que non eſt diuiſa ſm profundum. ⁊ ex hac diuiſione ſiue ſeparatione nuche tibi poteſt apparere cā quare oppilatio poteſt contingere in media parte nuche:⁊ non erit in alia parte. ⁊ ideo paraleſis poteſt in vna parte vt dextra vel ſiniſtra contingere:⁊ non in alia.a nucha autem in qualibet ſpondili oritur vnum par neruorum:qui vadunt ad dandum ſenſuʒ ⁊ motum membris determinatis:que autē ſint membra ad que perueniunt nerui illi:non bene poteſt in anothomia tali videri : ſꝫ oporteret aīal liquefieri in aqua fluuiali ⁊ hoc non ſpecrat ad preſens.⁊ ſi vis hec membra cognoſcere lege in prima fen primi cano. ſumma zª.caº de anothomia neruoꝝ ortorū a nucha.⁊ qꝛ ſpōdiles ſūt.30.paria neruoꝝ ſūt.30.⁊ qꝛ a cauda orit̄ vnū erūt.30.paria ⁊ vnum.

¶ De anothomia brachij ⁊ manus.

His expeditis excortica brachium ⁊ pedem:⁊ incipe a bra-
b chio:⁊ excortica leuiter:vt videas venas ſupradictas:que veniunt ad curuaturā brachij:⁊ tūc videbis venam ſupradictam que penetrat per ſubaſſellam ad brachium:⁊ procedit per domeſticam partem brachij.⁊ in parte inferiori cubiti apparet: ⁊ vocatur baſilica:Et in ſuperiori parte cubiti eſt cephalica que euacuat a capite que ad brachium venit ſupra furculam orta a vena aſcendente ad caput vt ſupra dixi:⁊ in medio iſtaꝝ eſt vnus ramus cōtinuatus in curuatura brachij cū ambabus:⁊ hec vocatur media:vel alio nomine vocatur cōis.q̄libet tamen harum duaꝝ procedit vlterius vſqꝫ ad manū ⁊ in ſilueſtri parte manus apparent ⁊ illa que eſt inter auricularem ⁊ annularem dicitur ſeylen:⁊ correſpondet baſilice.que vero eſt inter pollicem ⁊ indicem dicitur ſaluatella ⁊ flebothomatur loco cephalice. que vero eſt in medio dicitur funis brachij:⁊ retinet locū cōmunis ſiue baſilice.poſt venas muſculos multos notabis:⁊ chordas multas ⁊ magnas ⁊ groſſas:quarum anothomiā perfectam in tali corpore non labores inuenire.ſed in corpore exiccato ⁊ ad ſolem per triennium alꝭs monſtraui: ⁊ numeꝝ eorum perfecte declaraui:⁊ anothomiam talium muſculoꝝ brachiorum ⁊ manus ⁊ pedum ſcripſi in lectura quaʒ feci ſuper primo:zº:3º:⁊ 4º de iuuamentis.eleua ergo carnoſitatem totam vſqꝫ ad oſſa: ⁊ primo inuenies os quod vocat̄ adiutorium.verum eſt ꝙ ſupra dorſum ſiue pectus a latere poſteriori eſt ſpatula habens figuram ſpatule lignee ſimilem:quod os latuʒ eſt inferius:vt pectus non impediat ⁊ coſtas.ſtrictum vero eſt ſuperius vt adiutorio cōfirmetur:⁊ ideo in eius extremo ſuperiori habet aliquā cōcauitatem ſuperficialem ad modū cōcauitatis rotunde in qua vt reuoluatur adiutorium ſituata eſt extremitas rotunda adiutorij.cuius caput primum eſt rotundum locatum in piſſide oſſis ſpatule.poſtea in medio obliquat verſus domeſticam partem:vt plicatio ⁊ amplexatio rerum ſit poſſibilior.extremum aliud habet quaſi duas eminentias. quia duobus focilibus debet coniungi:⁊ in medio partiuʒ eminentiam habentium habet magis ſupra quandam cōcauitatem:in qua ingreditur extremitas focilis inferioris: que facta eſt ad modum inſtrumenti auriendi aquam . vt firmior fiat coniunctio ⁊ colligantia:⁊ ideo diſlocatio raro ⁊ difficulter fit in hac iunctura:⁊ quando fit raro eſt ꝙ poſſit bene reſtaurari:⁊ focile inferius eſt lōgius ſuperiori: quia conuenientius eſt ꝙ illud quod ſuſtentat aliud ſit longius ⁊ maius eo quod ſubſtentatur.ambo tñ ꝯueniunt. qꝛ ſunt groſſiora in extremis q̄ʒ in medio.qꝛ ab extremis debent oriri ligamenta ⁊ iuncture:⁊ in medio debent ſituari muſculi:⁊ focile ſuperius nō procedit directe ſicut inferius: vt ſit cauſa plicationis manus ⁊ brachij:poſt iſta duo focilia eſt raſeta:cuius oſſa fuerunt plurificata vt poſſit manus in planta eius bene plicari ⁊ contrahi ad continendum res fluidas.⁊ currentes:⁊ fuerūt oſſa eius octo in duabus aciebus in qualibet acie.4.poſtea ſunt oſſa pectinis denominata ſic a forma ⁊ figura pectinis:⁊ ſic ſunt.4. que correſpondēt quattuor digitis:nam pollici non correſpōdet aliquod os pectinis.qꝛ pollex non eſt in eadem acie cuʒ alijs digitis:poſtea ſunt digiti quinqꝫ in quorum quocunqꝫ videbis carnem in parte domeſtica:vt poſſit complicari ad capiendum:⁊ ex duricie oſſium eorum non ledantur propter fricationem.a lateribus etiam eorum eſt multa caro: vt inter ipſos complicatos non accidat vacuitas aliqua. ex parte vero ſilueſtri non eſt tanta multitudo carnis : qꝛ digiti non coniunguntur verſus partem ſilueſtrem. poſt

carnem vero ſunt chorde quaꝝ vnaqueq; ꝓpria ad ꝓpriã venit iuncturaꝫ: ⁊ illa que ad ſuperiorẽ venit iuncturã ingreditur per medium inferioris chorde. quia equitare eaꝫ nõ poteſt vt ſit tuta a nociuis: ⁊ per hoc ſuperior magis eſt profundior inferiori: quia longius habet procedere. Item non equitat eam ne tumor ⁊ ineptitudo fiat in digitis: non autem procedit ab aliquo lateꝝ qꝛ oſſi proprio debent cõiungi in medio directe ⁊ non a latere.

### De anothomia cruris pedis.

SLtimo deuenimus ad oſſa que ſunt fundamenta totius: ⁊ ſupportantia oĩa: ⁊ ſunt oſſa inferiora. ante tamen ꝙ̃ ad oſſa ꝑuenias: excoria cutiꝫ ſubtiliſſime: vt venas duas deſcẽdẽtes q̃ ramificate ſunt a trunco vene chilis deſcẽdentis: que qñ erat in fine ſpõdiliũ renũ: ramificabaꝭ in duos trũcos. quoꝝ vnus trãſibat ad tibiã dextrã: alter ad ſiniſtrã qȏ põt videri ad ſenſuꝫ: ⁊ eo mõ ramificaꝭ arteria deſcendens: poſtea quilibet illoꝝ trũcoꝝ ramificaꝭ in duos ramos magnos. quoꝝ vnus directe deſcẽdit ꝑ domeſticã partẽ tibie vſq; ad digitos pedis: ⁊ hec vocaꝭ ſaphena: que ꝓpter directionẽ ſuã flobothomata euacuat a mẽbris nãlibus ⁊ genitalibus: ⁊ ideo a matrice: renibus: teſticulis: ⁊ huiꝰ: ⁊ apparet ſupra genu ⁊ infra: ſuper cauiculã ⁊ infra in calcaneo: ⁊ apparet in pectine pedis: alius ramus obliquaꝭ ⁊ ingrediꝭ iuxta iuncturaꝫ ſcie. ⁊ ideo vocaꝭ ſciatica: ⁊ ꝓpter obliquitatẽ quã habet circa iũcturas flobotomata magis euacuat in paſſiõibus iuncturaꝝ: ⁊ apparet in oĩbus locis ꝑ̃dictis in parte tñ ſilueſtri. Poſtea eleua muſculos ⁊ chordas ⁊ vide oſſa: ⁊ primũ ẽ os femoris ſupra qȏ fabricate ſunt ſpõdiles dorſi: ⁊ ꝑ ꝯñs totũ corpus. in parte inferiori hꝫ piſſidem quãdã in cuius ꝯcauitate locata eſt extremitas rotũda cãne coxe: q̃ vocaꝭ vertebrũ: ⁊ in medio amboꝝ in parte anteriori eſt quoddam ligamentũ quod alio mõ põt vocari vertebrũ: ⁊ qñ hic: vl' primũ reſilit foras: tunc neceſſe eſt hominẽ claudicare: qꝛ crus hoc elõgaꝭ. ⁊ firmari nõ põt: ⁊ totũ nõ bñ põt ſupportari: neceſſe eſt etiã vt crus tabeſcat. qꝛ vene q̃ ꝑtrãſeũt inferiꝰ ꝓpter oppreſſionẽ: obliquationẽ quoquo mõ oppilanꭲ: lꝫ nõ perfecte ⁊ iunctura h' iſtoꝝ duoꝝ oſſiũ vocatur ſcia. vñ dolor eiꝰ denominatus eſt ſciaticus. Poſtea videbis os qȏ vocaꝭ cãna: coxe qȏ eſt maius oĩbus oſſibus q̃ ſunt in corpore. qꝛ dꝫ eſſe ſuſtẽtamẽtũ totius corporis qȏ cõcauitatẽ habuit magnã: vt eſſet leue: ⁊ vt multã medullã retineret. ⁊ qꝛ melius ſuſtentare põt qñ nõ ſtat ꝑpendiculariter. ſed qñ ſm̃ extrema plicatũ eſt verſus domeſticã ⁊ in medio plicatũ eſt ⁊ ꝯuexũ: hinc eſt qȏ nõ fuit rectum oĩo. ſed plicatũ ſm̃ modũ dictũ. poſt ipſum in iunctura genu ſunt duo focilia tibie: verſus tñ partẽ anteriorẽ in iunctura illa eſt os qȏ vocaꝭ patella facta ad modum patelle vt iunctura ſit fortior facta ex ligamẽtis ac ſi ꝑ modũ fuiſſent ligata: ⁊ focile maius eſt in domeſtico ⁊ groſſius: qꝛ illud maius onus hꝫ corporis ſupportare. minus ãt ⁊ ſubtilius eſt in parte ſilueſtri: nõ ꝑueniẽs ad iuncturam qꝛ factũ eſt tñ vt ſit appodiamentũ maioris. poſt iſta duo focilia eſt os cui iſta ꝯtinuanꭲ ꝑ iuncturam caib ſiue cauicule: noĩate ab oſſe illo qȏ caib noĩaꭲ. Poſtea eſt os calcanei fabricatũ dẽſum ⁊ groſſium: quadrãgulatũ vt poſſit bñ figi ⁊ figere totũ: ⁊ ꝓpter fixionẽ bonã: ⁊ vt qñ figiꭲ cutim ad terrã non atterat. natura cutim groſſam caloſſam multaꝫ ſub ipſo poſuit. Poſtea eſt nauiculare qȏ eſt factũ ad modum nauicule quadrangulare oblongum. Poſtea eſt raſeta pedis: qȏ compoſitũ eſt ex tribus oſſibus: ⁊ nõ ex octo ſicut raſeta manus. qꝛ pes nõ dꝫ ita pluribus motibus moueri ad aliquid retinendũ vt maius. ſed ꝓpter fixionẽ habuit tñ tria. Poſtea eſt pectẽ quod cõpoſitum eſt ex. v. qꝛ pollex in eadẽ parte eſt poſitus cũ aliȷs. Poſtea ſunt oſſa digitoꝝ. 14. qꝛ quilibet digitoꝝ habet tria oſſa. ⁊ pollex habet duo. ⁊ tunc erunt oſſa pedis. 28. quot aũt ⁊ qui ſint muſculi: ⁊ chorde magis poteſt videri in hoĩe exiccato ꝙ̃ recẽter ſuſpenſo. ſicut alias declaraui ad ſenſum quãdo legi librum de iuuamentis membroꝝ. Scias tñ ꝙ chorde extẽdẽtes digitos pedis oriunꭲ a muſculis qui ſunt in tibia ĩ ꝑte ſylueſtri. ſꝫ ꝯ̃hẽtes digitos pedis oriũꭲ a muſculis q̃ ſũt in plãta pedis. nã pars ĩferior pedis fuit carnoſa mltũ: ꝓpterea vt pes magl figereꭲ: ⁊ cutis ab oſſibꝰ nõ ad terrã attereretur. ⁊ ideo in planta pedũ muſculi cõtrahentes digitos fuerunt locati. ſed extendentes digitos nõ potuerũt locari in parte ſuperiori: qꝛ pars ſuperior debet eſſe excarnata ne aggrauet pedem.

Finis. Anothomie Mondini perquãdiligentiſſime caſtigate ac erroribus purgate: fideliſſimeq; Impreſſe Venetiȷs per preſbyteꝝ Bonetum Locatellũ Bergomẽſuꝫ. mãdato ⁊ ſumptibus heredũ Nobilis viri. D. Octauiani Scoti Ciuis modoetienſis ac Patritiȷ. Anno incarnationis dñice. ſeptimo ſupra milleſimũ quinquieſq; Centeſimum. Sexto Idus Ianuarias. In nomine eiuſdẽ dñi nr̃i Ieſu xp̃i. Cui ſit laus honor gloria ⁊ gratiaꝝ actio in ſecula ſeculorum Amen.

Regiſtrum.

| a | b |
| --- | --- |
| Anothomia | principium virge: |
| Incipit | de paſſionibus |
| dando vulnus. | vera per ſpondiles |

FINIS

# TRACTATVS DE IMMORTALITATE ANIMAE. MAGISTRI PETRI POMPONATII MANTVANI.·.

PETRVS POMPONATIVS MANTVANVS/MAGNIFICO PATRITIO VENETO MARCOANTONIO FLAVO CONTARENO/COMPATRI CARISSIMO S.P.D.

ſ PERABAM EGO CONTARENE MAGNIFICE futuꝝ/ut per has æſtiuas ſtudioꝝ noſtratium ferias/liceret mihi Venetias inuiſere/Ibiq; tot magnos/ac ueteres amicos/& patronos meos illuſtriſſimos longo poſt tempore ſalutare/& coram uenerari. Teq; in primis cui ipſe quam debeo memoriam & obſeruantiam aſſidue præſto. Veꝝ ſpes mea fefellit me plurimum. Nam dum me ferme itineri prepararem/incidi repente in grauem & periculoſum morbum: qui me multū ac diu uexauit. Interim toto illo ualetudinis noſtræ tempore/uentitabant ad me quottidie officii cauſa/ut aſſolet fieri/compluſculi auditores/& familiares mei/docti ſane & perhumani uiri. Qui mihi moleſtiam illā multis modis lenire conabantur. Interdum etiam uariis ac diuerſis queſtionibus languentē excitabant. Demum neſcio quo fato illata eſt diſputatio de īmortalitate animæ. Super qua re coactu omnium qui aderant/multum ac copioſum ſermonem habui: quem poſtea diligentius repetitū & ordinatum emittere placuit/tibiq; nominatim dicare. Vt quoniam locoꝝ interuallo diſtracti prohibemur ueras audire & reddere uoces/certe ſcriptoꝝ meoꝝ. qualiacūq; ſint/uinculo aſtringeremur. Et quo ſolo datur modo/tecum fabularer. Tu pro tua benignitate Munuſculum noſtrum/hilari fronte excipies/ſit licet tanto uiro quantus es Tu/minime conſentaneum. Vale. Calændis Octobris. M.D.XVI.

# PETRI POMPONATII MANTVANI TRACTATVS DE IMMORTALITATE ANIMAE.

## PROEMIVM continens intentionem/ſeu Libri materiam & cauſam intentionis.&c.

RATER HIERONYMVS Natalis Raguſeus Ordinis Predicatoꝝ/Cũ aduerſa laborarẽ ualitudine/Sicuti eſt Vir humaniſſimus/noſtriqꝫ amantiſſimus/ad nos ſe frequentius recipiebat:Cumqꝫ quodam die minus me uexari a morbo conſpiceret/Vultu adeo demiſſo ſic orſus eſt:Cariſſime Preceptor/ſuperioribus diebus cũ primũ de cælo nobis exponeres/peueniſſeſqꝫ ad locũ illũ in quo Ariſtoteles/ingenitum & ĩcorruptibile cõuerti pluribus argumẽtationibus cõtendit oſtẽdere/Dixiſti diui Thomæ aquinatis poſitionẽ de aĩoꝝ ĩmortalitate ꝗꝗ uerã/& ĩ ſe firmiſſimã nullo pacto ambigeres/Ariſtotelis tamẽ dictis minime cõſonare cenſebas:ea ꝓꝑ niſi tibi moleſtũ eſſet/abſte duo ĩtelligere maxime deſiderarẽ:Primũ.ſ.quid reuelationibus/& miraculis ſemotis/ꝑſiſtendoqꝫ pure infra limites naturales hac in re ſentis:Alteꝝ uero/quã nã ſententiã Ariſtotelis in eadẽ materia fuiſſe cenſes: At ego qum omniũ ibi aſtantiũ/idẽ maximũ deſideriũ cõſpicerẽ (Et.n.multi aderãt) Sic tũc ipſi.Dilectiſſime fili uoſqꝫ cæteri/Et ſi nõ paꝝ petis/altiſſimũ.n.huiuſmodi negotiũ eſt/cũ oẽs fere illuſtres Phyloſophi ĩ hoc laborauerint: Quoniã tamẽ nõ niſi rẽ quã poſſum/quid.ſ.exiſtimẽ poſtulas/facile &.n.eſt hoc tibi aperire:ideo libenti aĩo tibi morẽ gerã:Cæteꝝ uero/an ita ſe habeat res ut exiſtimo/peritiores cõſules: Rem igitur deo duce aggrediar.

## Caput primũ ĩ quo oſtẽditur hominen eſſe ancipitis naturæ mediũqꝫ ĩter mortalia/& ĩmortalia

NITIVM autem cõſiderationis noſtræ/hinc ſumendũ duxi/hominẽ.ſ.nõ ſimplicis/ſed multiplicis/nõ certæ ſed ancipitis naturæ eſſe/mediũqꝫ inter mortalia & ĩmortalia collocari:hoc aũt uidere apertũ eſt ſi eius eſſentiales operationes ex quibus eẽntiæ notificãtur inſpexerimus: Eo &.n.quod uegetatiuæ/& ſenſitiuæ opera exercet/quæ ut.z.de aĩa &.z.de generatione aĩaliũ capite.ȝ.traditur/ſine inſtrumẽto corporali caducoqꝫ exerceri non poſſunt/mortalitatem induit: Eo aũt quod intelligit & uult/quæ operationes/ut ꝑ totũ librũ de aĩa/& primo de partibus aĩalium cap.primo: Et.z.de generatione aĩalium cap.ȝ.habetur/ſine ĩſtrumẽto corporali exercentur:qđ ſeparabilitatẽ & ĩmaterialitatẽ arguũt/hæc uero ĩmortalitatem ĩter ĩmortalia cõnumerãdus eſt. Ex quibus tota colligi põt cõcluſio/non ſimplicis.ſ.naturæ eſſe cũ tres aĩas ut fere ita dixerim includat:uegetatiuã uidelicet/ſenſitiuã/& intellectiuã: ancipitẽqꝫ naturã ſibi uendicare/cũ neqꝫ ſimpliciter mortalis/neqꝫ ſimpliciter ĩmortalis exiſtat/ueꝝ utrãqꝫ naturã amplectitur:Quaꝑꝑ bene enunciauerũt antiqui cũ ipſum inter æterna/& tẽporalia ſtatuerunt/ob eam cauſam:ꝙ neqꝫ pure æternus/neqꝫ pure tẽporalis ſit:cũ de utraqꝫ natura participet: ipſiqꝫ ſic in medio exiſtẽti data eſt poteſtas utrã uelit naturã induat:quo factum eſt:ut tres modi hominũ inueniantur:Quidã nãqꝫ inter deos cõnumerati ſunt/licet ꝑ pauci. Et hi ſunt qui ſubiugatis uegetatiua/& ſenſitiua/quaſi toti rõales effecti ſunt:Quidã uero ex toto neglecto ĩtellectu/ſoliſqꝫ uegetatiuæ/& ſenſitiuæ incũbẽtes/quaſi in beſtias trãſmigrauerunt: Et hoc fortaſſis uoluit Apologus pythagoreus cũ dixit aĩas humanas in diuerſas beſtias tranſire: Quidã uero puri homines nuncupati ſunt:Et hi ſunt qui mediocriter ſecundũ uirtutes morales uixerũt:nõ tamẽ ex toto intellectui incubuere neqꝫ prorſus uirtutibus corporeis uacauere:hoꝝ tamẽ modorum unuſquiſqꝫ magnã hẽt latitudinẽ/ſicuti uidere apertũ eſt:Huic ẽt cõſonat quod ĩ pſalmo dicitur Minuiſti eum paulominus ab angelis:&c.

## Caput.z.in quo ponuntur modi quibus dicta multiplicitas humanæ naturæ intelligi poteſt.

Iſa itaqꝫ multiplici/ancipitiqꝫ hominis natura/nõ ea quidẽ quæ ex cõpoſitione materiæ & formæ reſultat/ſed ea que ex parte ipſius formæ ſeu animæ.Videndũ reſtat/cum immortale/& mortale oppoſita ſint/quæ de eodẽ affirmari nequeũt/merito quis ambiget quo fieri modo poſſit/ut hæc ſimul de humana aĩa dicãtur:Etenim hoc uidere non leue:Quare uel una & eadẽ natura ſtatuet̃/quæ ſimul mortalis & ĩmortalis ſit/aut altera & altera: quod ſi ſecũdũ det̃.hoc tribus modis intelligi poterit:Aut igr̃ ſecũdũ numeꝝ hominũ erit numerus mortaliũ/& ĩmortaliũ/utpote in Socrate erit una ĩmortalis/& una aut duæ mortales/& ſic de cæteris/ſic ꝙ unuſquiſqꝫ homo ꝓpriã mortalem/& ĩmortalem habeat: Aut potius in oĩbus hominibus una tantũ ſtatuetur ĩmortalis/ſecundũ unumquẽqꝫ aũt hominẽ mortales ſunt diſtributæ & multiplicatæ/an magis ecõuerſo:ĩmortalem multiplicatã/mortalẽ uero oĩbus comunem pone

mus. Si uero altera pars magis eligatur/uidelicet ꝙ ꝑ unā & eādem homo ſit mortalis:& īmortalis/cū fieri nō poſſe uideatur ꝙ oppoſita de eodē dicantur/ſimpliciter fieri nequit:ut eadē ſit mortalis/& īmortalis. Veꝝ uel ſimpliciter erit īmortalis/& ſecūdū quid mortalis/aut potius uice uerſa/ſimplr̄ mortalis:ſecūdū quid uero īmortalis/an magis utrūqꝫ/ſecundū quid amplexa eſt.ſ.ſecūdū quid mortalis/& ſecūdū quid īmortalis. His etenim tribus modis ſatis cōtradictio euitari poterit. Colligēdo ergo/ſex modis iſtud imaginari poterit/ueluti diſcurenti & colligēti apparet.

## Caput. Tertium. in quo ponitur modus affirmans animum īmortalem eſſe unū numero/mortalē uero eſſe multiplicatū:quē modū Themiſtius & Auerrois inſequti ſunt.

e X iſtis igitur ſex modis enumeratis.quatuor acceperunt iudices/duo uero euanuerunt. Nullus etenim poſuit inmaterilaē multiplicari materialē uero eſſe unum numero. Et hoc rationabiliter. Quoniā inimaginabile eſt unā rem corporeā eſſe in tot diſtinctis loco & ſubiecto. Et maxime ſi eſt corruptibilis. Similiter nullus poſuit eandem rem æqualiter eſſe mortalē & īmortalē/ſicuti nihil æqualiter pōt cōſtitui ex duobus cōtrariis/ſed ſemper oportet unū alteri prædominari:ut primo de cælo textu & cōmento.7.&.z.de generatione.47. Et decimo methaphyſicæ.23.Et in.z.Colliget plane oſtenditur. Sigillatim igitur uideamus de illis quatuor reſiduis/Auerrois itaqꝫ. Et ut exiſtimo ante eum Themiſtius cōcordes poſuere aīam intellectiuā realiter diſtingui ab aīa corruptibili/ueꝝ ipſam eſſe unā numero ī oībus hominibus mortalē uero multiplicatā. Primi aūt dicti ratio eſt/quoniā cū uiderūt Ariſtotelē ſimpliciter ꝓbare intellectū poſſibilē eſſe īmixtū & īmaterialē/& ꝑ cōſequēs æternū/oīaqꝫ eius uerba ad hoc tendere/ut inſpicienti libros de aīa liquet. Crediderūtqꝫ rationē Ariſtotelis in ſe uerā eſſe/affirmauerunt ſimpliciter ītellectū eē īmortalē. Quū aūt ulterius uiderūt aīam ſenſitiuā & uegetatiuā de neceſſitate in ſuis officiis organo corporali indigere:ut ex locis ſuperius citatis apparet/tale autem de neceſſitate corporeū & caducū eſt/cōcluſerūt talē aīam ſimpliciter eſſe mortalem. Veꝝ cum fieri nequeat:ut eadē res ſimpliciter & abſolute mortalis & īmortalis ſit coacti ſunt ponere īmortalē a mortali realiter diſtingui. Themiſtius quoqꝫ in hanc ſentētiā trahere conatur Platonē/inducitqꝫ uerba platonis ī Thimeo quæ manifeſte uidētur hoc prætēdere. Quod uero unicus ſit ītellectus in oībus hominibus/ſiue agens ſiue poſſibilis ponatur/patere pōt ex eo quoniā apud peripateticos ē celebrata ꝓpoſitio/multiplicationē indiuiduoꝝ in eadē ſpecie nō poſſe eſſe niſi ꝑ materiam quantam:ut.7.&.12.methaphiſicæ/&.z.de aīa ſcribitur. Quo aūt modo ſoluantur dubitationes cōtra hunc modū:apparet eoꝝ libros & ſuoꝝ ſectatoꝝ intuendo. Hic.n.intendimus a breuiare/ſolumqꝫ referre que neceſſaria ſunt.

## Caput. quartum. In quo dicta Auerrois opinio impugnatur.

q Vāuis hæc opinio tempeſtate noſtra ſit multū celebrata/& fere ab oībus ꝓ cōſtanti habeatur/eam eſſe Ariſtotelis/mihi tamen uidetur quod nedū in ſe ſit falſiſſima/ueꝝ inintelligibilis & monſtruoſa/& ab Ariſtotele prorſus aliena. Imo exiſtimo quod tāta fatuitas nuūq̄ fuerit ab Ariſtotele nedū credita/ueꝝ excogitata. Et primo quidē de eius falſitate nihil noui intendo adducere/ſed tantū lectorē remittere ad ea quæ latinoꝝ decus Diuus Thomas aquinas & in libro ꝓprio cōtra unitatē ītellectus/& in prima parte ſummæ/& in.z.libro contra Gentiles/& in quæſtionibus diſputatis de aīa/& in multis aliis locis ſcribit. Etenim tā luculēter/tā ſubtiliter aduerſus hanc opinionē inuehitur/ut ſententia mea nihil intactū relinquat/nullāqꝫ reſponſionē quā quis ꝓ Auerroe adducere pōt impugnatā dimittit. Totū.n.impugnat/diſſipat & anihilat. Nullūqꝫ Auerroiſtis refugiū relictū eſt/niſi cōuitia & maledicta in diuinū & ſanctiſſimū uiꝝ. Sed quo ad ſecūdū.hæc paucula quæ mihi plenā fidē faciūt adducer̄ ſtatui. Videlicet hoc alienū eē ab Ariſtotele. Veꝝ hoc eſſe figmentū & monſtrū ab eo Auerroe cōfictū/Primo quoniā talis aīa intellctiua/uel habet aliquā operationē omnino independentē a corpore/tanq̄ a ſubiecto & obiecto/uel nullā. Secūdū dari non pōt. Quū ſibi repugnet & rationi. Sibi quidē/quoniā in Cōmento.12.primi de aīa in fine cōmenti hæc dicit. Et nō intendit per hoc/hoc ꝙ apparet ex hoc ſermone ſupficietenus.ſ.quod ītelligere nō ſit niſi cū imaginatiōe/tūc.n.ītellectus materialis erit generabilis & corruptibilis ſicut ītelligit Alexāder. Ex quibus liquet ꝙ ītellectus ſecūdū Auerroem habet aliquā opationē oīo independētē a corpore. Ratione ēt illud firmat̄. Quoniā ītellectus nō eſt forma cōſtituta in eē ꝑ ſubiectū/ergo/nō depēdēs a ſubiecto in eſſe/ergo neqꝫ in operari. Quū operatio inſequitur eſſe. Veꝝ quod hoc Ariſtoteli nō cōſonet/eiuſqꝫ ſententiæ cōtrarietur/ſatis patet: Cū Ariſtoteles in fine citati textus.12.primi de aīa dicat intelligere aut eſſe phanthaſiā/aut nō eſſe ſine phantaſia. Et q̄uis ibi cōditionaliter loquatur. Tertii tamen de aīa textu.39.clariſſime dicit ꝙ non eſt intelligere abſqꝫ phantaſmate quod & experimento comprobatur. Nullo igitur modo/intellectus humanus ſecundum Ariſtotelē habet operationē prorſus a corpore indepen-

dentem.qđ eſt oppoſitum conceſſi. Ad hoc non uideo aliam reſponſioné niſi ꝙ argumentũ often
dit de intelligere humano & quatenus per eum intellectũ homo dicitur ĩtelligẽs. Sic.n.uerificat
ꝙ ſemper indiget phanthaſmate In intellectione. n. noua & ante adeptionem illud manifeſtum
eſt.in intellectione uero æterna.ſiue in ipſa adeptione/illud etiam ueritatem tenet. Cum ſecundũ
ipſum/intellectus poſſibilis diſponatur ad ſuſceptionem intellectus agentis tanq̃ formæ per ha/
bitus ſpeculatiuos qui dependent in Conſeruari auirtute ſenſitiua/ut ipſe in Cõmento . 39.tertii
de anima dicit Verum ſi ſecundum ſe ſummatur intellectus nequaquã a phantaſmate dependet.
Quamuis autem iſtud ſatis ingenioſe dicatur/nihil tamen uidetur proficere. Quoniam ſecundũ
cõmunem diffinitionem animæ / Anima eſt actus corporis phiſici organici &c . Ergo aĩa intelle
ctiua eſt actus corporis phyſici organici . Cum itaq; ſecundum eſſe intellectus ſit actus corporis
phyſici organici/ergo & in omni ſuo opere dependebit ab organo aut tanq̃ Subiecto/ aut tanquã
obiecto/Nunq̃ ergo totaliter abſoluetur ab organo. Huic forte dicitur ꝙ ita eſt de anima ſicut &
de Cæteris intelligentiis. Et enim Cõmentator ipſe tertii de anima cõmento. 19.ponit ipſam eſſe
ultimam intelligentiarum Cæteræ autem intelligentiæ/dupliciter conſiderari poſſunt. Vno mo
do inſe/& non ut actuant corpus Cæleſte/& ſic non ſunt animæ.habentq; operationes nullo mo
do a corpore dependentes/ſicut intelligere/& deſiderare. Alio auté mõ cõſiderari poſſunt ut actu
ant corpora cæleſtia / & ſic cõue nit eis eſſe animas.immo & data diffinitio de anima. Sic etenim
ſunt actus corporis phyſici organici licet ſatis æquoce illa diffinitio dicatur / ut ipſemet cõmen/
tator in cõmento.5.tertii de anima dicit. Sunt etenim corpora Cæleſtia animalia ut.8.de phyſico
auditu.2.de Cælo/&.12.methaphiſicæ ponit Ariſtoteles licet ſatis æ quoce. ſicut & ipſe cõmenta
tor in libro de ſubſtantia orbis dicit. Quare & anima intellectiua duobus etiam modis conſidera
ri poterit. Vno etenim modo ut eſt infima intelligentiarũ & non in ordine ad ſuam ſpheram.ſ.ho
minem/& ſic nullo modo dependet a corpore/neq; in eſſe/neq; in operari. Quare neq; ut ſic eſt a/
ctus corporis phyſici organici . Alio autem modo conſiderari poteſt in ordine ad ſuam ſpheram
& ſic eſt actus corporis phyſici organici . Quare non abſoluitur acorpore ut ſic / neq; in eſſe/neq;
in operari . Quapropter ut eſt forma hominis ſemper indiget phantaſmate in operari /Sed non
ſimpliciter/ut ſupra. Et ſecundum iſtum modum ſolui poteſt uſitata dubitatio. ſ. quomodo de
anima intellectiua conſiderat naturalis / cum tamen primo de partibus Capite primo dicat / non
ſpectare ad naturalem de intellectiua cũſit mouens non mota/& Reliqua quæ ibi dicuntur . Sol/
uitur inq̃ quoniam qua anima eſt naturalis eſt. Immo ſecundũ hanc conſiderationem conſideran
tur intelligentiæ a naturali/qua uero anima humana/intellectus eſt / methaphyſici negotii eſt ſi/
cut & cæteri intellectus ſuperiores. ſed re uera hæc reſpõſio multipliciter uidetur deficere. Im pri
mis quidem/quoniam ſi idem iudiciũ eſſet de anima humana quod & de cæteris intelligent iis/
quando in.12 . methaphyſicæ Ariſtoteles tractationem facit de intelligentiis/ & de humana ani/
ma per tractare debuiſſet / quod tamen minime fecit . Præterea / ſi idem eſt iudicium de huma/
no intellectu quod & de intelligentiis / cur igitur Ariſtoteles textu commenti .uigeſimi ſexti
ſecundi phyſicorum ponit terminum conſiderationis naturalis animam humanam quoniam
ſi intelligat Ariſtoteles quantum ad quia eſt/falſum eſt Et enim quia eſt dei/ & intelligentiarum
naturalis demonſtrat Et per ipſum cõmentatoré primi de anima cõmento.2.& cõmento.36 . 12.
methaphyſicæ diuinus hæc accipit a naturali. Si uero loquatur q̃tum ad quid eſt.ſatis patet ſecũ/
dum reſponſionem datam non ꝑtinere ad naturalem.cum ut ſic ſit mouens non motum. Immo
ut dicit reſponſio hoc uoluit Ariſtoteles imprimo de partibus Capitulo citato Amplius/ Ridicu
lum uidetur dicere animam in tellectiuam quæ eſt una potentia numero duos habere modos in
intelligendi.ſ.& dependentem/& independenté a corpore. Sic etenim duo eſſe uideretur habere
Etenim intelligentia & ſi ſit intellectus & anima & in ſuo intelligere non indiget corpore in mo/
uendo aũt indigeat corpore. Verum localiter mouere & intelligere/Sunt operatiões ualde diuer
ſæ. In anima auté ponuntur intellectiones quarum una dependet a corpore/altera uero eſt ſimpli
citer abſoluta.qđ non uidetur conſonum rationi/cum unius operationis reſpectu unius & eiuſdẽ
non uideatur eſſe niſi unus modus operãdi. Præterea/Super f luum uidetur & in credibile ꝙ unũ
numero habeat infinitas fere operationes reſpectu eiuſdem obiecti ſimul hoc auté ſequitur ſecũ
dum opinioné. Quia ille intellectus intellectione æterna intelligit deũ/& intellectione noua/ tot
habet intellectiones reſpectu dei/quot homines deũ intelligunt.hoc autem uidetur eſſe purũ fig
mentũ/ut ex mult is apparere poteſt.uerũ ſi intelligẽtia intelligat ſine corpore/ non moueat auté
localiter ſine corpore/nullũ incomodũ ſequitur. Cũ intelligere/& localiter mouere/ ſint operatio
nes ualde diuerſoꝝ geneꝝ/unaq; ſit ĩmanens & altera tranſiens/cũ totum oppoſitum contingat
de aĩa intellectiua. Etení ambæ/& ſunt intellectiões & ambæ opationes ĩmanẽtes. Secũdo ad prĩci
pale/quia ſi ſecundũ Ariſtotelé aĩa intellectiua eſt uere ĩmaterialis.ut fingit dictus cõmentator cũ
iſtud nõ ſit ꝑ ſe notũ/imo maxime dubiũ.oportet ꝑ aliquã euidentiã manifeſtari. Modo ad inſe/

parabilitatem concludédam ſufficit ſecundum Ariſtotelem ꝙ ſit uel uirtus organica / uel ſi non
organica ſaltem ꝙ ſine obiecto corporali non poſſti exire in opus. Dicit enim textu. duodeci/
mo primi de anima/ ꝙ ſiue intellectus. ſit phanthaſia/ ſiue non ſit ſine phantaſia non contingit ip
ſum ſeparari. Cum autem ſeparabilitas inſeparabilitati opponatur diſiunctiuaqꝫ affirmatiua
contradicit copulatiuæ affirmatiuæ factæ de partibus oppoſitis ſi igitur ad inſeparabilitatem ſuf
ficit alternatiue/ uel eſſe in organo tanquam in ſubiecto / uel ab ipſo dependere tanquam ab ob/
iecto/ igitur ad ſeparabilitaté coniunctim requiritur neqꝫ dependere ab organo tanquam a ſu/
biecto/ neqꝫ tanquam ab obiecto/ ſaltem in aliqua ſui operatione. cum autem iſtud ſit de quo eſt
quæſtio quomodo ergo certificabit Auerrois áimam eſſe immortalem. præcipue cum dicat Ari
ſtoteles ꝙ neceſſe eſt intelligentem phantaſma ſpeculari: & qlibet homo hoc experitur in ſemet
ipſo. huic fortaſſis dicitur ꝙ illa ratio tertii de anima ſimpliciter probat animam eſſe immateria
lem/ eo. ſcilicet quia recipit omnes formas materiales. Ex quo poſtea euidenter concluditur ꝙ
habet operationem omnino independentem/ cum operatio inſequatur eſſe. ſed hoc non uide/
tur ualere / quia illa ratio Ariſtotelis ſupponit ꝙ intellectus moueatur a corpore. cum dicat intel
ligere eſſe ſicut ſentire & intellectum poſſibilem eſſe uirtutem paſſiuam / inferiuſqꝫ declarat/ ꝙ
ſuum motiuum eſt phantaſma / ſed ꝙ indiget phantaſmate eſt inſeparabile a materia per dicta.
igitur illa ratio magis ꝓbat ipſum eſſe materialem q̃ immaterialem ſed adhuc forte dicitur ꝙ ex
eo ꝙ intellectus non indiget organo tanq̃ ſubiecto/ ideo eſt ſimpliciter immaterialis/ quam ratio
nem facit immediate Ariſto. poſt dictam. uerum iſtud non uidetur proficere quia uel ſola illa/
cõditio ſufficit/ uel requiritur alia. ſ. ꝙ nõ moueatur a corporeo. ſi ambæ/ ſtat argumétum prius:
ſi illa ſola/ deſtruitur iudiciũ Ariſtotelis cũ ponat ambas eé requiſitas. ſed fortaſſis adhuc dr̃/ ꝙ re
uera una ſola requiſita eſt. nõ ĩdigere. n. corpore tanq̃ ſubiecto abſolute ĩfert eſſe potẽtiã ĩmateria
lé/ & e cõuerſo. quia tamé cũ hoc ꝙ ĩmaterialis eſt/ & habeat aliquã operationé oĩno indepédenté/
Et eni ſi ĩmaterialis eſt/ aliquã hẽt ĩdepédenté/ & ecõtra. Quoniã tamé cõtingit ꝙ ultra indepéden
denté/ ab obiecto héat & dependenté/ ne fortaſſis aliquis exiſtimaret ex eo ꝙ aliquã hẽt depẽdenté
oẽm hẽat depẽdenté. ideo illud appoſuit Ariſto. Qd̃ ſi ĩtelligere nõ eẽt ſine phãtaſia/ Sic ꝙ ĩ omni
opatione phãtaſia ĩdigiret/ ĩdubitãter ĩtellectus eẽt inſepabilis. ſed iſtud nõ ur̃ poſſe ſtare. Primo
quoniã Ariſto. ſupflue appoſuiſſet illã cõditioné cũ altera ſit ſufficiẽs ad ĩferẽdã cõcluſioné. qd̃ ne
phas eſt tãto aſcribere phyloſopho. Secũdo quia ſi ex eo ꝙ ĩtellectus ĩ omni ſuo ope ĩdiget phan/
taſmate ĩſertur ꝙ ipſe ſit ĩſepabilis/ hoc nõ p̃t eé niſi quia eſt orgãicus ſecũdũ poſitioné. Dico aũt
organicus ſubiectiue. ſecũdũ. n. data cõuertũtur organicũ ſubiectiue/ & uirtus materialis cogno/
ſcitiua. Quare & nõ organicũ ſubiectiue & ĩmateriale. Dicere ergo ĩdigere ſemꝑ corpore tanq̃ ob
iecto/ eſt ĩdigere corpore tanq̃ ſubiecto. Et ſic nihil nouũ diceretur cum dixit/ Si intelligere nõ eſt
ſine phãtaſia/ nã eé phanthaſiã/ et nũq eé ſine phãtaſia ſimpliciter cõuertũtur. Et unũ declarat alte
rũ. Eſſet ergo ſimile ac ſi quis diceret/ ſi ſortes nõ eſt homo uel nõ eſt aĩal ratiõale/ nõ eſt diſciplina
bilis. Qui ſermo q̃tũ ſit ridiculus & alienus a maieſtate Ariſto. iudicio aliorũ relinquo. Amplius
quãdo aliqd̃ hẽt duas cãs ueritatis. una ablata & altera remanẽte. nõ minus illud remanet. ut exſe
notũ eſt. cũ ad ueritaté diſiũctiuæ ſufficit unã parté eſſe uerã. ſed intellectũ inſeperabilé eé a mate
ria uerificatur quoniã eſt phãtaſia uel nõ eſt ſine phãtaſia ut patet prĩo de aĩa. Remoto igitur ꝙ ſit
phãtaſia/ nõ minus uerificaretur ipſum eé materialé. dũ modo nõ eẽt ſine phãtaſia ſed ſecũdũ poſi
tioné iſtud eſt falſũ. quia ĩpoſſibile eſt ſecundũ eam ĩtellectũ eé ĩſeparabilé & nõ eé phãtaſiã. Cum
apud eã illa cõuertãtur ergo poſitio ponẽs organicũ ſubiectiue & materiale cõuerti. & pariter op
poſita eoꝝ. ſ. nõ organicũ ſubiectiuæ & immateriale cõuerti falſa eſt. adhuc quandocũqꝫ alicui rei
duo modi ſub diſiũctione aſſignãtur res illa indifferẽtet p̃t ab altero illoꝝ ſeparari/ aut ſaltem ab
uno illoꝝ ipſa remanẽte. Exẽpli gratia: illiberalitas dupliciter cõtingit. Aut ꝑ auaritiã aut ꝑ prodi
galitaté. ideo & reperitur illiberalis auarus ſine ꝓdigalitate. Et illiberalis ꝓdigus ſine auaritia. Si
n. ſepari nõ poſſent: nõ eẽnt utiqꝫ duo modi illiberalitatis. ſed aut in uicé coinciderẽt: aut ambo co
pulatiue & nõ diſiũctiue: neceſſario cõcurerẽt ad illiberalitaté. Et. n. ſi nullus illiberalis eẽt: niſi ſi
mul ꝓdigus & auarus eẽt nõ recte diceret̃ ad illiberalitaté requiri prodagilitaté uel auaritiã. Sed
ꝓdigalitaté & auaritiã cõiuncta cõſtituere illiberalitaté. ſi igitur ad inſeparabilitaté animæ ſufficit
ipſam eſſe phãtaſiã uel nõ ſine phãtaſia. uel igitur ſtat ipſam eſſe inſeparabilem ſine altera earum
cõditionũ indiferẽter uel ſaltem determĩate: ſi primũ/ ergo ſtabit qd̃ ĩtellectus non ſit ſine phãta/
ſmate: & tamẽ nõ ſit phãtaſia Et ꝑ cõſequens ꝙ ſemꝑ indigeat corpore tanq̃ obiecto/ & nõ tanq̃
ſubiecto. qd̃ é cõtra cõceſſa ab aduerſario ſi uero det̃ ſecũdũ. uidelicet ꝙ determĩate & nõ ĩdiffere
ter cũ fieri nequit ut aliqd̃ ĩdigeat corpore tanq̃ ſubiecto & nõ tanq̃ obiecto: ergo: ſtabit qd̃ indi/
gebit tanq̃ obiecto & nõ tanq̃ ſubiecto: ergo idem ꝙ prius. Amplius ſecundum poſitioné. intelle/
ctus habet aliq̃ operationem omnimode pendentem a corpore. cum iſtud ſit dubium: habet per
aliqd̃ ſignum certificari. Et non eſt alius fingere per ꝙ certificari poſſit niſi quia ipſe immateria/

lis eſt:uerum cum & iſtud non ſit minus dubium q̄ primum demonſtratiõe eget. Queritur igit̃
de medio illo an eſt qa ſimul neq; depẽdet acorpore tãq̄ ſubiecto & obiecto uel quia ſolũ nõ depẽ
det a corpore tanq̄ ſubiecto primum dari nõ poteſt /tũ quia ſic eſſet petitio pricipii cũ intẽdentes
ꝓbare intellectum in aliquo ſui opere uõ depẽdere a corpore aſſumimus quia ipſe ĩmaterialis eſt
Et probantes ipſum eſſe ĩmaterialem/accipimus ꝙ in aliquo opere nõ dependet a corpore tum
etiam quia nullum eſt tale medium in quo non ſumatur ipſum intellectum non dependere a
corpore tanquam ab obiecto prima & enim demonſtratio tertii de anima probat intellectum eſ
ſe immaterialem.quia recipit omnes formas materiales Modo cum tale recipere conſiſtit impa
ti ut ibidem dicit Ariſtoteles ergo mouebitur a re corporali & ſic indigebit corpore tanquam ob
iecto ſecunda demonſtratio eſt ꝙ ſpecies intelligibilis non recipitur in organo ſed in ipſo intelle/
ctu ergo idem ꝙ prius cum recipere ſit pati. Oportet igitur dicere alterum membrum uideli/
cet/ medium eſſe quia non indiget corpore tanquam ſubiecto / licet tanquam obiecto. Quod
ſi ſic eſt unde igitur eſt ꝙ Ariſtoteles attentum faciens auditorem in prohemio de anima dixit/
neceſſarium eſt præintelligere de ſuis operationibus:ſubditq;/ſi intelligere eſt ſicut phantaſia/uel
non ſine phantaſia non contingit ipſam ſeparari. Quare ad concludendam ſeparabilitatem in ſe
parabilitati oppoſitam/ oportet coniunctim ſumere / neq; eſſe phantaſiam/& in aliquo ſui ope/
re non dependere a phantaſia. Et per cõſequens non dependere a corpore tanquam ſubiecto/ne/
q; tanquam obiecto:ſaltem in aliquo ſui opere/qđ eſt oppoſitum conceſſi. Hoc iterum ſic firma
tur per aduerſarium/indigere corpore tanquam ſubiecto & eſſe uirtutem materialem conuer/
tuntur.ſua etiam oppoſita conuertuntur.uidelicet Non indigere corpore ut ſubiecto/ & eſſe uir
tutem immaterialem. Nam poſteriorum primo/ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis / negatio /
negationis. Quid igitur Ariſtoteles ad materialitatem concludendam appoſuit preter phan
taſiam/non eſſe ſine phantaſia peccat.n.per fallatiam non cauſe ut cauſa quando quidem præciſa
cauſa materialitatis eſt non indigere corpore ut ſubiecto. Quod euidentiſſime ſic iterum firma
tur. Quoniam ad ĩmaterialitatem preter non indigentiam corporis ut ſubiecti/aut neceſſe eſt ul
tra hoc non indigere in aliquo ſui opere determinato corpore tanquam obiecto/aut illud non ne
ceſſe eſt. Secundum dari non poteſt per conceſſa/quoniam non indigere corpore tanquam ſubie
cto Et in aliquo determinato opere non indigere tanquã obiecto conuertuntur. Quare poſito
uno ponit̃ reliquum. Reſtat igitur ut in materialitas copulatiue utrũq; exigat. Quare cum mate
rialitas ĩmaterialitati contrarietur ad ipſam materialitatem ſufficiet indigere corpore tanquam
ſubiecto/uel corpore tanquam obiecto.uel igitur ſeparabilia ſunt iſta/& ſic non conuertentur ꝙ
eſt contra conceſſa:uel inſeparabilia erunt. Et ſic ſub diſiunctione non erunt aſſignanda / qđ ta/
men facit Ariſtoteles ultima autem ſequela patet:quia quod diſiunctiue enuntiatur alternatiue
uerificatur & non copulatiue.decimo.nãq; methaphyſicæ.17.textu. Et cõmentator.3.Cæli.56.cõ
mento. Et boetius in libro de ſylogiſmo yppothetico/dicunt/interogationẽ & diſiunctiuam ua/
nam & ridiculam eſſe in qua omnes partes uerificantur. Et ultra: tũc copulatiuæ affirmatiuæ cõ
tradicere copulatiua facta de partibus oppoſitis/& nõ diſiunctiua:qđ apertiſſime falſum eſt.qua
propter ni fallor/cõmentator. Diuus Thomas.et quicũq; ſentit Ariſtotelem cenſere humanum
intellectum uere eſſe immortalem/longe a uero diſtat. Præterea mirum eſt qđ Ariſtoteles poſue
rit intellectum aliquando intelligere ſine phantaſmate / & tamen in omnibus locis dicat ꝙ non
eſt intelligere ſine phantaſmate. Non enim debuiſſet tam abſolute proferre. Tertio ad principa/
le/quoniam ſecundum cõmentatorem oportet ponere felicitatem humanam in coppulatiõe in/
tellectus agentis cum poſſibili/ſicut ipſe tertii de anima.36.cõmento manifeſte oſtendit. Sed quã
uanum ſit hoc/& Ariſtoli diſſonũ non difficile eſt uidere.uanũ qdẽ/quia inquantum tradunt hi
ſtoriæ/nullus uſq; ad hæc tempora inuentus eſt. Et ſic finis hominis irritus eſt/cum a nullo attin
gatur.immo a nullo attingi poteſt. Cum media ordinata ad illum finem haberi non poſſint. ĩm
poſſibile nanq; eſt aliquam hominem ſcire omnia ut dicit Plato in.10. de republica. Neq; etiam
ſpeculabilia/immo nulla ſcientia perfecte habita eſt uſq; ad præſentem diem ut experimento pa
tet. Qđ etiam ſit contra Ariſtotelem manifeſtum eſt / quoniam in libro Ethicorum ubi detera
minat de ultimo fine hominis in eo ꝙ homo/ponit ipſum in habitu ſapientiali. Neq; quis dice/
re poteſt librum illum non fuiſſe perfectum/cum manifeſte in fine libri illius / & epilogat / & ſe
ad librum politicorum continuat. Quare uehementer non poſſum non mirari / Cum aſcribat
Ariſtoteli hanc unitatem intellectus quando quidem in nullo loco hoc abeo ponatur. uerum in
ſecundi phyſicorum textu.uigeſimo ſexto ubi de anima humana mentionem facit/dicit eas eſſe
multiplicatas. Dicit enim ſic uſq; quo Cuius enim cauſa unum quodq; & Circa hæc quæ ſunt ſe
parate ſpecies in materia homo enim hominem generat ex materia & ſol/unde manifeſtum eſt
ꝙ nõ unã ſolũ/ſed multas poſuit. Aliud ẽt eſt de illa copulatione:cũ neq; aliquis repertus eſt talis:
neq; Ariſtoteles aliquid dixerit. Quare mihi uidet̃ cũ hoc ꝙ eſt figmẽtũ i ſe.ſit ẽt cõtra Ariſtot.

Caput. Quintum in quo ponitur alter modus aſſerens intellectiuum reali
ter diſtingui a ſenſitiuo.uerum numeratũ ad numerationem ſenſitiui.

Biecta igitur priori opiniõe tanq̃ in intelligibili/ eſt alter modus de enũeratis cõueni
ens cũ primo q̃tum ad illud ꝙ intellectiuũ realiter diſtinguitur a ſenſitiuo:quãdo qui
a dem cõtradictoria uere de eodẽ dici non poſſunt.uerũ in altero ab illo diſtat.Nam ſe
cundũ numerum ſenſitiuorum ponit numerũ intellectiuorũ.Socrates nãq; diſtingui
tur a Platone:ut hic homo/ab illo homine/nõ eſt autem hic homo niſi per intellectũ
ut etiam ipſe Auerrois in cõmento primo tertii de anima fatetur. Quare alter eſt ĩtellectus ſocra
tis ab intellectu Platonis.Etenim ſi unus amboꝝ eſſet intellectus/amborum eſſet idẽ eſſe & ope
rari:ſed quid ſtultius excogitari poteſt? Veꝝ et hi ſic conformes inter ſe ipſos diuerſificati ſunt.
Quidam.n.ipſorum poſuerũt aĩam magis ſe habere ad hominem ut motor ad motum: q̃ ut for
ma ad materiam.Et hæc uidetur fuiſſe mens Platonis imprimo alcibiadis dicentis hominem eſ
ſe animam utentem corpore.cui uidentur conſonare uerba Ariſtotelis Ethicorum nono dicen
tis hominem eſſe intellectũ. Alii autem oppoſitum aſſeruere dicentes animam ſe habere ad ho
minem ut forma ad materiam & non ſolum ut motor ad motum.Veriuſq; dicendum hominẽ
eſſe compoſitum ex anima & corpore:q̃ ipſum eſſe animam utẽtem corpore.Cætera autẽ quæ ab
eis adducuntur:noſtro propoſito non ſunt neceſſaria.

Caput ſextum in quo prædicta opinio impugnatur:

Hic autẽ modus ſecundum utrũq; membrorum a Diuo Thoma in prima parte ſum
mæ:& in multis aliis locis impugnatur.Et mea ſententia abunde & maniffeſte.Si.n.
b homo non componeretur ex materia & forma. ſed ex motore & moto. non maiorẽ
haberent unitatem q̃ boues & plauſtrum. Multaq; alia incomoda ſequuntur quæ ab
eo adducuntur.Ponere autem pluralitatem formarum ſubſtantialium in eodem cõ
poſito ut aſſerit Secundũ membrum:hoc ab Ariſtotele: & a multis poripatheticis uidetur alie
num uerum duo adducã per que omnes ſuperiores modi mihi uidentur & a ueritate:& ab Ari
ſtotele remoti.Primo quidem hoc uidetur experimento contradicere. Ego nãq; qui hæc ſcribo
multis cruciatibus corporis anguſtior:qđ opus eſt ſenſitiuæ. Idemq; ego qui crucior diſcurro p
cauſas medicinales ut reffellam hos cruciatus.qđ niſi per intellectum fieri non poteſt.Si igitur al
tera eſſet eſſentia qua ſentio:& qua intelligo.quo igitur modo fieri poſſet ut idẽ qui ſentio ſim
ille qui ĩtelligo. ſic etenim dicere poſſemus ꝙ duo homines ſimul coniuncti ſic mutuas habent
cognitiones qđ Ridiculum eſt.Quam autem huiuſmodi opinio ſit ab Ariſtotele remota nõ dif
ficile eſt uidere.Etenim de anima.2.põit uegetatiuum inſẽſitiuo ueluti trigonum in tetragono.
ſed manifeſtũ eſt trigonũ in tetragono nõ eſſe tanq̃ rem realiter diſtinctã ab eo:ſed qđ eſt trigonũ
in potentia:eſt actu tetrago nũ.Quare cũ per Ariſtotelẽ eodem modo ĩmortalibus ſe habeat ſen
ſitiuum ad intellectiuũ:ſenſitiuũ non erit diſtincta res ab intellectiuo.qua pp mihi uidetur ꝙ et
primus modus Auerrois:& iſti duo a uero et ab Ariſtotele diſſonent.

Caput ſeptimũ in quo ponit̃ modus affirmãs mortale et ĩmortale eſſe idẽ re in hoĩe.uerũ
eſſentiã illã ſimpliciter eſſe ĩmortalem:ſecundũ quid uero mortalem.

Vm itaq; uniuerſaliter reiectus eſt modus qui ĩtellectiuũ et ſenſitiuũ in hoĩe realiter di
ſtigui exiſtĩat:reliquũ igit̃ eſt ut ĩtellectiuũ et ſenſitiuũ ĩ hoĩe ſint idẽ.Et licet tribus mo
c dis ut retro dictũ eſt hoc ĩtelligi poſſit:duo tamẽ tantũ ſunt ratiõabiles. Vnus igit̃ erat
ꝙ ĩmortale eẽt ſimpliciter in hoĩe:mortale uero ſecundũ quid.Et quãuis ſecundũ natu
rã diuiſiõis modus iſte ĩ duos poſſet diuidi.ſ.aut unũ nũero in oĩbus hoĩbus: aut multi
plicatũ ad nũeꝝ hoĩum.Quia tamẽ nullus poſuit primũ modũ ideo relinquemus.ſed tantũ de ſe
cũdo ſermonẽ habebĩus.Quem & ſi multi præclariſſimi uiri ſeputi ſũt:quia tamẽ mihi uidetur
qđ Diuus Thõas copioſius et magis lucide ipſum poſuit.ideo eius dicta ſolũ referã:utq; ordina
te ĩtelligatur:eius opinionẽ ĩ quiq; dictis colligãs.Primũ itaq; eſt ꝙ ĩtellectiuũ et ſenſitiuũ ĩ hoĩe
ſunt idẽ re.Secũdũ ꝙ tale uere et ſimpliciter eſt ĩmortale:ſecũdũ quid uero mortale.Tertiũ ꝙ ta
lis aĩa uere eſt forma hoĩs:et nõ ſolũ ut motor.Quartũ ꝙ eadẽ aĩa eſt nũerata ad nũerationẽ ĩdi
uiduoꝝ.Quintũ ꝙ huiuſmodi aĩa ĩcipit eẽ cũ corpore:ueꝝ quod uẽit deforis:atq; a ſolo deo pro
ducitur:nõ quidẽ p generationẽ:ſed p creationẽ.hæc tamẽ nõ deſinit eſſe cũ corpore ueꝝ aparte
poſt eſt ppetua.Primũ hoꝝ ſatis ex ſupioribus mãifeſtũ ẽ.Tũ quia plures formæ ſubſtãtiales nõ
poſſũt eẽ ĩ eodẽ ſubiecto:tũ quia:eadẽ ut̃ eẽntia q̃ ſẽtit et ĩtelligit:tũ qa ſẽſitiuũ ĩmortalibus eſt ĩ
ĩtellectiuo ſicut trigonũ in tetragono.Secundũ uero ĩ quo uis oĩs cõſiſtit uidelicet ꝙ tale uere eſt ĩ
mortale:ſecũdũ qđ tamẽ mortale multipliciter đclaratur.Et prio primũ p rationẽ Ariſt.3.de aĩa
quoniã talis aĩa ẽ receptiua oĩum formaꝝ materialiũ ꝙ ãt huiuſmodi eſt nõ p̃t eẽ materiale:ſicut
ibidẽ Ariſto.declarat.cũ recipiẽs debet eẽ denudatũ a natu ra rei receptæ.Et ẽ ,ppoſitio ẽt cõceſſa
a platõe ĩ thimeo atq; ut dicit auerrois ĩ.2.đ aĩa uniuerſaliter uerificatur ĩ actiõe reali et ſpirituali.

Oculus.n.receptiuus ſpecieꝝ coloris debet eſſe abſcolor. Et ſic uniuerſalr̄ de aliis ſenſibus. Secū
do quoniá ſi ītellectus eſſet materialis/forma recepta in eo eſſet ītellecta īpotétia/& ſic aut nō co/
gnoſceret aut tantū particulariter cognoſceret. Tertio/quia ſic eſſet uirtus organica. Quare eſſet
determinata ad certū genus entiū uel ſaltem admodū ſingularé. Quare uel non oīa cognoſceret
uel nō cognoſceret modo uniuerſali. A ſigno ét hoc euidéter ꝓbatur. Ná modus appettédi natu
raliter īſequitur modū cognoſcédi/ītellectus aūt uniuerſale apprehédit quod eſt æternū. Quare
& uolūtas æternū deſiderabit. Tale aūt deſideriū naturale eſt/cū oés uolūtates hoc appetát. Natu
ralis aūt appetittus fruſtrari nō pōt. Quū primo de cælo deus & natura nihil agūt fruſtra. Quare
cōuincitur ītellectū eé ſimpliciter īmortalé. Verba ét Ariſtotelis ſunt adeo lucida ꝓ hac parte ut
interp̄te nō īdigeát. Quū primo.2.&.3.de aīa ponat ītellectū eé ſeparatū/& nullius corporis actū
In parte quoqꝫ qua agitur de ītellectu agēte dicit/ꝙ ītellectus agēs uere eſt īmaterialis/quia poſſi
bilis eſt huiuſmodi. Et agēs p̄ſtātius eſt patiēte. Idē quoqꝫ primo de partibus Capite primo.&.2.
de generatione aīaliū capite.3.affirmat. Quod uero huiuſmodi aīa/ſecundū quid mortalis ſit/ex
duobus manifeſtari poteſt. Primo quia hæc intellectiua/& ſenſitiua/& uegetatiua eſt/ut ex pri
mo dicto liquet. Verū ſenſitiuum/& uegetatiuū. Si ab ītellectiuo ſeparata ſint/corruptibilia ſunt
Quare nō ſecundū ſe intellectiuū mortale eſt/ſed ob id quia gradū cōtinet qui ſolitarie ſumptus
mortalis eſt: Secūdo quia aīa humana opera ſenſitiuæ & uegetatiuæ nō exercet/niſi caduco īſtru
mento. Non igitur in ſe mortalis eſt/ſed ratione talis operis & inſtrumenti. Tertiū dictū.ſ.ꝙ ſit
forma hominis patet ex uniuerſali diffinitiōe animæ/cū ſit actus corporis phyſici.&c. Sitqꝫ prin
cipiū quo intelligimus/ut aperte ibi demōſtrat Ariſtoteles. Quartū uero ſequitur ex tertio. Nā
ſi aīa intellectiua eſt forma qua homo eſt homo/ſi unica in oībus hominibus eſſet omniū homi
num idē eſſet eſſe & operari/ueluti cōtra Comentatorē mōſtratū eſt. Ariſtoteles ét textu.26.ſecū
di phyſicoꝝ expreſſe ponit eas in numero plurali/quēadmodū retro diſtū eſt. Quintū aūt uideli
cet ꝙ ipſa ſit facta/patet. Tum ex textu.26.ſecundi phyſicoꝝ cū ſol & homo generent hominem.
Tū quia ꝑ tertiū dictū eſt forma qua homo eſt homo. Sed.12.methaphyſicæ textu.17.forma ſi
mul incipit eſſe cū eo cuius eſt forma/tum ex capite.3.ſecundi de generatione aīalium ubi dicit
ſolū intellectū uenire deforis. Quod uero nō ꝑ generationē fiat/ex eo patet. Quoniā quod ꝑ gene
rationē ꝓducitur/materiale & caducū eſt. At iam demōſtratū eſt in ſecundo dicto ipſam eſſe im
materialē & īcorruptibilē. Quod ét a ſolo deo fiat ꝑ illd̄ patet. Quoniā quū nō ſit ꝑ generationē
ergo ꝑ creationē. Veꝝ ſolū deū creare alibi demoſtratū eſt. Hoc ét ꝑ illud ſecūdi de generatione
aīaliū capite.3.patere pōt. Dicitur.n.ibi/ſolus igitur ītellectus diuinus & īmortalis exiſtit. Quod
aūt poſt mortē remaneat/quū ſit īmortalis manifeſtū eſt. Ex dicto quoqꝫ Ariſtotelis.12.metha/
phiſicæ textu.17. liquet. quū dicat nihil ꝓhibere intellectū poſt mortem remanere. Sicqꝫ tota po
ſitio clara habetur.

Caput. Octauū. in quo mouent̄ dubitationes circa prædictū modum.

d E Veritate quidē huius poſitionis/apud me nulla ꝓrſus eſt ambiguitas. Quū ſcriptura
canonica quæ cuilibet rōni & expimēto humano præferēda ē/quū a deo data ſit/hāc po
ſitionē ſanciat. Sed quod apud me uertitur ī dubiū/ē. An iſta dicta excedāt limites natu/
rales/ſic quod aliquod uel creditū/uel reuelatū preſuponāt. Et cōformia ſint dictis Ariſtotelis/ſi
cut ipſe diuus Thomas enunciat. Veꝝ cū tanti doctoris auctoritas apud me ſūma eſt; nedū in di
uinis ueꝝ in ipſa Ariſtotelis uia/non auſim cōtra eū aliquid affirmare. Sed tantū quæ dicā ꝑ mo
dum dubitantis & nō aſſerentis ponam. Fortaſſiſqꝫ mihi ab eius doctiſſimis ſectatoribus ueritas
aperietur. In primo igitur eius dicto nō ambigo.ſ.ꝙ re in homine/idē ſit ſenſitiuū/& ītellectiuū
Sed cætera quatuor ſunt mihi ualde ambigua. Et primo quidē quod talis eſſentia ſecundū ſe &
uere īmortalis ſit/ſed improprie & ſecundum quid mortalis: Primo quidē quoniā conſimilibus
rationibus quibus hāc probat/oppoſita ꝓbari pōt. Ex eo nāqꝫ quod talis eſſentia formas oēs ma/
teriales recipit/quod recepta in ea ſunt actu ītellecta: quod nō utitur organo corporeo/ꝙ æterni
tatem & ſuperna affectat/ideo cōcludebatur ꝙ ipſa ſit īmortalis. Sed pariter cū ipſa materialiter
operetur/ut uegetatiua/nō oēs formas recipit/ut ſenſitiua & eadē organo corporali utitur/tem/
poralia & caduca affectat/probabitur ꝙ ipſa ueraciter & ſimpliciter ſit mortalis. Veꝝ ex ea parte
qua intelligit/ſecundū quid īmortalis erit. Tum quia intellectus nō coiunctus materiæ eſt incor
ruptibilis/ſed materiæ cōiunctus eſt corruptibilis/tum quia in tali opere nō fungitur inſtrumē
to corporali. Sicut ét ipſe dicit ꝙ taliter eſt ꝑ accidēs ſiue ſecundū quid materialis. Non.n.maior
ratio de uno q̄ de altero eſſe uidet̄. Secūdo/quia cū in iſta eſſentia ſint quædā quæ dāt ipſam eſſe
mortalē/& q̄dā īmortalē. Quū multo plura ꝓmoueāt ad mortalitatē q̄ ad īmortalitatē. Et pri/
mo.&.6. Phyſicoꝝ a ſuperabundāti fit denominatio. Magis ꝓnunciāda eſt mortalis q̄ īmortalis
Et nedū ꝓnūciāda/ueꝝ & hoc erit ex parte rei. Aſſumptū aūt declarat̄. Nā ſi in homine numeꝝ
potentiaꝝ cōſideremus/duas tantū inuenimus que atteſtātur ſuper īmortalitatem.ſ.ītellectum

& uolũtatẽ. Innumeras uero tũ ſenſitiuæ/tũ uegetatiuæ quæ oẽs ateſtãtur ſup mortalitatẽ. Am/
plius/ſi climata habitabilia cõſpexerimus/multo plures homines aſſimilant̃ feris q̃ hominibus.
Interq́ꝫ climata habitabilia ꝑrariſſimos inuenies qui rationales ſint. Inter quoqꝫ rationales/ſi cõ
ſiderabimus/hii ſimpliciter irrationales nũcupari poſſunt. Veꝝ appellati ſunt rationales/in com
paratione ad alios maxime beſtiales. Sicut fertur de mulieribus quod nulla eſt ſapiens/niſi in cõ/
paratione ad alias maxime fatuas. Amplius/ſi ipſam intellectionẽ inſpexeris / maxime eam quæ
de diis eſt/quid de diis? imo de ipſis naturalibus/& quæ ſubiacẽt ſenſui/adeo obſcura/adeoqꝫ de
bilis eſt/ut uerius utraqꝫ ignorãtia. ſ. negationis/& diſpoſitionis nuncupãda ſit/q̃ cognitio. Adde
q̃tum modicũ temporis apponãt circa ĩtellectũ/& q̃plurimum circa alias potẽtias. Quo fit ut ue/
re huiuſmodi eſſentia corporalis & corruptibilis ſit. Vixqꝫ ſit umbra intellectus. Hæc ẽt uidetur
eſſe cauſa cur ex tot mille hominibus/uix unus ſtudioſus reperiatur/& deditus intellectuali. Cau
ſa quidẽ naturalis eſt. Cũ effectus ſit naturalis. Nã ſemp ſic fuit. Licet ſecundum magis & minus.
Cauſa inq̃ eſt/quia natura homo plus ſenſualis q̃ intellectiuus/plus mortalis q̃ ĩmortalis exiſtit
Quod ẽt apparet cũ multi in diffintione hominis poſuerũt mortale ꝓ differentia. Si inq̃ hæc cõſi
derabis/magis oppoſita pars uidebitur uero cõſona q̃ illa diui Thomæ. Tertio cõtra eandẽ argui
tur/quia aĩam eſſe ĩmortalẽ eſt nõ ꝑ ſe notũ/queritur igitur ſicut dicebatur cõtra Auerroim/per
quã euidentiã hoc cognoſcitur. Vel igitur ex eo ꝙ in ſuo opere nõ indiget organo tanq̃ ſubiecto/
preciſe uel cũ alio addito. Primũ dari nõ põt/ꝑ ipſum Ariſtotelẽ primo de aĩa textu. 12. Nã ad in
ferendã inſeparabilitatẽ/ſufficit alternatiue/uel ꝙ ſua operatio ſit in ſubiecto / uel ꝙ in omni ſua
operatione indigeat corpore tanq̃ obiecto. Cũ dicat/ſi igitur intelligere aut eſt phantaſia aut non
eſt ſine phãtaſia/nõ cõtingit ipſum ſeparari. Ergo ad ſeparabilitatẽ ambæ cõditiones requirunt̃.
Quia copulatiua affirmatiua opponitur diſiũctiuæ factæ ex partibus oppoſitis. Ad ſciendũ ergo
aĩam eſſe ſeparabilẽ/oportet ꝙ neqꝫ indigeat corpore tanq̃ ſubiecto: neqꝫ tãq̃ obiecto. Saltem ĩ ali
qua ſui operatione. Sed quomõ hoc ſciri põt/cũ & Ariſtoteles dicat neceſſe ẽ ĩtelligẽtẽ phãtaſma
aliquod ſpeculari. Et experimur. Quoniã ſemp indigemus phantaſmatibus/ut unuſquiſqꝫ expe
ritur in ſemetipſo. Et leſio organoꝝ demõſtrat. Et oĩa quæ adducta ſunt contra Cõmẽtatorẽ de
Immortalitate animæ. Sunt & contra hanc opinionem. Quum in hoc cõueniant licet in cæteris
differant. Quarto ſic arguitur. Si anima humana in omni ſuo opere dependet ab organo: ipſa eſt
inſeparabilis: & materialis: ſed in omni ſuo opere dependet ab orgauo: ergo ipſa materialis eſt.
Maior patet primo de anima: dicente Ariſtotele. Si intelligere eſt phantaſia aut nõ ſine phãtaſia
nõ cõtingit ipſam ſeparari. Minor aũt patet ex diffinitione uniuerſali animæ. ſ. eſt actus corporis
phyſici organici. Sed huic forte dicitur: ꝙ aĩa humana/q̃tum ad intellectũ non eſt actus corporis
organici. Quũ intellectus nullius corporis eſt actus. Sed ſolũ quantũ ad opera ſenſitiuæ & uegeta
tiuæ. Veꝝ iſtud nõ uidetur poſſe ſtare. In primis quia ſic aĩa intellectiua nõ eſſet anima. Quũ ut
ſic nõ eſſet actus corporis phyſici organici: quod eſt cõtra Ariſtotelẽ ponentẽ illã eſſe diffinitionẽ
comunẽ omni animæ. Immo ꝑ ipſum Thomã dictã uniuoce de oĩbus animabus. Secũdo quia ſi
aĩa intellectiua indigeret organo ꝓ ipſo ſentire/quãdiu igitur aĩa eſſet ipſa ſentiret uel poſſet ſen
bruto/ certe mea ſententia/ hoc non eſt phyloſophice dictum. Cum opera beſtialia quantumcūqꝫ
quieta in ſuo genere ſuponantur inquietis in genere intellectualium . Quis malet eſſe lapidē/ uel
ceruum longe uitæ/ quā hominem quantūcumque uilem. Cum hoc ꝙ uir prudēs in quolibet ſta
tu & tempore poteſt ferre animum quietum/ quāuis ꝙ a tribulationibus corporeis uexaretur. im
mo uir ſapiens magis elligeret ſe eſſe in extrema neceſſitate/ & in maximis tribulationibus/ quam
eſſe inſipientem/ ignaum & uitioſum: in diſpoſitione contraria. Neque uerum eſt ꝙ uidens īmen
ſos labores/ abdicationem a uoluptatibus corporalibus/ obſcuram agnitionem de rebus / facilem
a miſſionem acquiſitorum magis declinaret ad uitia & corporalia quā moueretur ad acquirendā
ſcientiam: ſi uir iſte ſecundum rationem operatur . Nam quæcumque modicula particula ſcien/
tiæ & uirtutis/ preponenda eſt omnibus delectationibus corporalibus. immo & regnis ipſis inqui
bus ſuperabundant tyranides & uitia . Quare primum argumentum non uidetur aliquo pacto
conuincere animam eſſe īmortalem. Ad ſecundum uero in quo inferebatur ꝙ poſita mortalitate
animæ/ tunc nunquā deberemus elligere mortem. Huic dicitur/ minime illud ſequi/ uerum ma/
gis oppoſitum tertio nāque thopicorum dicitur/ de duobus malis minus eſt eligendum Et ethi
corum tertio electio eſt bonorum : renuere autem malorum. Cum igitur in elligendo mortem
pro patria pro amicis/ pro uitio euitando maxima uirtus acquiratur/ aliiſque multum proſit/ cū
naturaliter homines huiuſmodi actum laudent . Nihilqꝫ precioſius & fælicius ipſa uirtute. ideo
hoc maxime elligendum eſt. At ſcelus perpetrando comunitati maxime nocet. Quare & ſibi/ cū
ipſe pars comunitatis ſit. In uitiūque in currit quo nihil infelicius/ cum deſinat eſſe homo. Vt pla
to in quampluribus locis / in libro de republica dicit. Ideoqꝫ hoc habet rationem fugibilis Ad ade
ptionem etiam illius uirtutis ſequitur fælicitas uel magna pars felicitatis. Et ſi parum duratura.
At ad peccatum illud ſequitur miſeria . Nam teſte platone uitium miſeria eſt. Et tandem mors.
cum propter comiſſum ſcelus non ſequatur immortalitas. Niſi forte ſecundum infamiam & ui/
tuperium. Sed manifeſtum eſt minus malum eſſe primum quā ſecundum. Neqꝫ magnum tem/
pus uiuere cum infamia eſt preponendum uiuere paruo tempore cum laude. Sicut uita hominis
quantumcumque breuis/ eſt preponenda uite beſtiæ quantumcumque diuturnæ. Ariſtoteles nā/
que ethicorum primo dicit uitam longeuam non preferendam eſſe uitæ breui . Niſi cætera ſint
paria. Neque per ſe in tali caſu mors eligitur/ cum nihil ſit: uerum actus ſtudioſus/ licet ad eum ſe
quatur mors . ſicut non committendo uitium non renuitur uita cum in ſe ſit bona. Sed uitium
renuitur . Ad cuius perpetrationem ſequitur uita . Quod uero dicitur de dicto in phedonæ/

Plato in de re publica & in critone ponit quod ſicut uita cum infirmitate in currabili eſt renuen/
da/immo eiuis aufferenda. Sic anima cum peccato extirpanda eſt. Anima quæ ſi æterno uiueret
in peccato ſumma miſeria eſt. Quando quidem ipſi animæ nihil deterius eſt ipſo uitio.
uerum illud dixit Plato quantum ad id ꝙ de facto contingeret. Si enim homines non ſperarent
meliorem uitam poſt mortem iniquiſſimo animo ſine dubio eam tolerarẽt Quia ignorant excel
lentiam uirtutis/& ignobilitatem uitii:ſoli enim phyloſophi & ſtudioſi ut dicit plato in de repub
lica/& Ariſtoteles ethicorum nono ſciunt quantam delectationem generent uirtutes & quantã
miſeriam ignorantia & uitia.immo ſocrates in apologia quam plato ſcripſit/dicit ſiue animus
mortalis ſit/ſiue ĩmorralis nihilominus contemnenda eſt mors: Neq; aliquo pacto declinandũ
eſt a uirtute quicquid accidat poſt mortem. Eodem quoq; modo exiſtimo interpetranda eſſe di/
cta Diui Thome ſuper ſimbolo apoſtolorum. Non ꝙ ſcelera ſint potius comittenda quam mors
ſubeunda/ſi anima eſſet mortalis:illud namq; neq; ſapienter/neq; theologice dici cẽſeo: ſed ꝙ ho
mines non cognoſcentes excellentiam uirturis/& fæditatem uitii/omne ſcelus perpetrarent pri/
us quam mori. Quare ad refrenãdum diras hominum cupiditates data eſt ſpes præmii:& timor
punitionis. Quod etiam ſuppoſita animorum mortalitate in aliquo caſu ſubeunda ſit mors ma/
nifeſtant multe operationes beſtiarum inquibus non eſt dubium animas mortales eſſe. Atq; in/
ſtinctu naturæ duci. Refert namq; Ariſtoteles trigeſimo capite noni de hiſtoriis quod Virgilius
noſter Georgicorum quarto comemorat/Apes pro ſui ducis tutella & rei publice morti ſe expo/
nere. Scribitq; ibidem ſepiam marem pro uxore tuenda mortem ſubire. Refertq; in eiuſdem no
ni de hiſtoriis capite trigeſimo ſeptimo camellum morſu defixo/camellarium intereniſſe qd' ip
ſum dolo coire cum matre compulſit. Equumq; eodem modo deceptum idem ſcelus perpetraſ/
ſe. At ubi rem recognouit/ſe præcipitem intereniſſe. Hæc autem cum natura fiant ſecundum ra
tionem facta ſunt. Quando quidem ex themiſtii & Auerrois ſententia natura dirigitur ab intelli
gentia non errante. Non ergo & in homine hoc eſt contra rationem. Ad tertium uero principale:
cum inferebatur Aut deum non eſſe uniuerſorum gubernatorem/aut iniquũ: Huic dicitur/neu/
trum ſequi. Diciturq;/nullum malum eſſentialiter impunitum/neq; bonum eſſentialiter irremu
neratum eſſe. Pro quo ſciendum eſt/quod premium & pæna duplex eſt. Quoddam eſſentiale &
inſeparabile/quodam uero accidentale & ſeparabile:premium eſſentiale uirtutis/eſt ipſamet uir/
tus:quæ hominem fælicem facit. Nihil enim maius natura humana habere poteſt ipſa uirtute.
Quando quidem ipſa ſola hominem ſecurum facit/& remotum ab omni perturbatiõe. Omnia
namq; inſtudioſo conſonant. Nihil timens/nihil ſperans:ſed improſperis & aduerſis/uniformi/
ter ſe habens ſicut dicitur in fine primi ethicorum. Et plato in critone dixit.uiro bono neq; uiuo/
neq; defuncto poteſt aliq; malum contingere. At oppoſito modo de uitio:pena namq; uitioſi eſt
ip um uitium/quo nihil miſerius/nihil infælicius eſſe poteſt. Quam autem peruerſa ſit uita ui/
tioſi & maxime fugienda manifeſtat Ariſtoteles ſeptimo ethicorum:ubi oſtendit ꝙ uitioſo om/
nia diſſonant nemini fidus/neq; ipſe ſibi/neq; uigilans/neq; dormiens quieſcit/diris corporis &
animi cruciatibus anguſtiatur; uita infæliciſſima. Adeo ꝙ nullus ſapiens quantumcũq; egenus/
corpore infirmus/a bonis fortunæ deſtitutus eligeret uitam tyrranni/uel alicuius potentis uitio
ſi: Malletq; ſapiens in ſua diſpoſitione permanere.itaquæ omnis uirtuoſus/uirtute ſua & fælicita
te premiatur. Quare Atiſtoteles trigeſimo problematum decimo problemate/quo querit cur in
certaminibus aponuntur præmia/at non in uirtutibus & ſcientiis. Dicit hoc ideo cõtingere: quo
niam uirtus ipſa eſt ſibi præmium. Nam cum præmium debeat eſſe preſtantius certamine nihil/
quæ prudentia poteſt eſſe preſtantlus: Sibi ipſi igitur premium eſt. At contrarium de uitio con/
tingit.ideo nullus uitioſus impunitus relinquitur. Quando quidem uitium ipſum ſibi uitioſo
ſit pena præmium autem/uel pena accidentales ſunt que ſeparari poſſunt.ut aurum uel damna
qualiacumquæ ſint. Et ſic non omne bonum remuneratum eſt/& omne malum punitum. Ne/
quæ hoc in conuenit/cum accidentalia ſint.ſcire tamen opporter hic duo:primum ꝙ accidentale
premium longe imperfectius eſt eſſentiali premio. Aurum namquæ imperfectius eſt uirtute/pe
naquæ accidentalis longe minor eſt pæna eſſentiali. Pæna namquæ accidentalis eſt pæna damni
eſſentialis uero/pæna culpe. At longe deterior eſt pæna culpæ.pena damni. Quare nihil refert Si
quandoquæ accidentale relinquatur/dum modo eſſentiale remaneat. Secundo Adhuc ſciendum
ꝙ quando bonum accidentaliter præmiatur bonum eſſentiale uidetur diminui neque remanet
in ſua perfectione. Exempli cauſa ſi aliquis uirtuoſe operatur ſine ſpe premii/alter uero cum ſpe
præmii. Actus ſecundi non ita uirtuoſus habetur ſicut primi. Quare magis eſſentialiter præ/
miatur qui non accidentaliter præmiatur/eo qui accidentaliter præmiatur. Eodem quoquæ mo
do qui uitioſe operatur/& accidentaliter punitur/minus uidetur puniri eo qui accidenta//
liter non punitur. Nam pæna culpæ maior/& deterior eſt pæna damni. Et cum pæna

damni adiungitur culpæ/diminuit culpam. Quare non punitus accidentaliter/magis punitur eſ
ſentialiter eo qui accidentaliter punitur. Teſtatur etiam ſuper hoc quod ſcribit laertius de Ariſto
tele cum namqꝫ interrogaretur Ariſtoteles quid ex phyloſophia acquiſiuiſſet / reſpondit: quod
uos ſpe præmiorum facitis / & timore pænæ fugitis ego ex amore & nobilitate uirtutis facio. Et
ex uitii uituperio fugio. Cur autem aliqui premiantur/uel puniantur accidentaliter / aliqui uero
non/non eſt preſentis propoſiti/Ad quartum uero in quo dicebatur ꝙ fære totum uniuerſum eſ
ſet deceptum/cum omnes leges ponant animam ímortalem eſſe. Ad qđ dicitur: quod ſi totũ ni/
hil ſit quam ſue partes/ſicut multi exiſtimant cum nullus ſit homo qui non decipiatur: ut dicit
plato inde re publica non eſt peccatum illud concedere. immo neceſſe eſt concedere. Aut ꝙ totus
mundus decipitur aut ſaltem maior pars. Nam ſuppoſito qđ tantum ſint tres leges Chriſti ſcili/
cet moyſi/& maumethi: Aut igitur omnes ſunt falſæ/& ſic totus mundus eſt deceptus / aut ſaltẽ
due earum. Et ſic maior pars/eſt decepta. Verum tamen ſcire oportet ꝙ ut dicunt plato/& Ariſto
teles politicus eſt medicus animorum propoſitumqꝫ politici: eſt facere hominem magis ſtudio/
ſum/quam ſcientem. Modo ſecundum diuerſitatem hominum / diuerſis ingeniis incedendum
eſt/adhunc finem conſequendum. Aliqui enim ſunt homines ingenuii & bene inſtitute naturæ
a deo ꝙ ad uirtutes inducuntur ex ſola uirtutum nobilitate. Et a uitiis retrahuntur ex ſola eo/
rum feditate. Et hii optime diſpoſiti ſunt. licet per pauci ſint. Aliqui uero ſunt minus bene diſpo
ſiti/& hii preter nobilitatem uirtutis / & fæditatem uitii/ex præmiis: laudibus/& honoribus/ex
pænis. ut uituperiis & infamia ſtudioſa operantur/& uitia fugiunt. Et hii in ſecundo gradu ſunt
Aliqui uero/propter ſpem alicuius boni & timorem pænæ corporalis ſtudioſi efficiuntur. Qua
re ut talem uirtutem conſequantur. ſtatuunt politici uel aurum/uel dignitatem/uel aliqđ tale.
Vt uitia uero fugiant ſtatuunt uel in pecunia/uel in honore/uel in corpore/ſeu mutilando mem/
brum. Seu occidendo puniri. Quidam uero ex ferocitate & peruerſitate naturæ nullo horũ mo/
uentur: ut quotidiana docet experientia. ideo poſuerunt uirtuoſis in alia uita præmia æterna/ui/
tioſis uero æterna damna. Quæ maxime terrerent. Maiorqꝫ pars hominum ſi bonum operatur/
magis ex metu æterni damni/quam ſpe æterni boni operatur bonum. Cum damna ſint magis
nobis cognita quam illa bona eterna. Et quoniam hoc ultimum ingenium omnibus hominibus
poteſt prodeſſe Cuiuſcúquæ gradus ſint reſpiciens legis lator pronitatem uirorum ad malum/in
tendens comuni bono/ſanxit animam eſſe ímortalem. Non curans de ueritate. Sed tãtum de pro
bitate. ut inducat homines ad uirtutem. Nequæ accuſandus eſt politicus. Sicut namque medicus
multa fingit ut egro ſanitatem reſtituat ſic politicus apologos format ut ciues rectificet. Verum
in his apologis ut dicit Auerrois imprologo tertii phyſicorum proprie neque eſt ueritas neque
falſitas. Sic etiam nutrices inducunt alumnos ſuos ad ea que pueris prodeſſe cognoſcunt. Quod
ſi uir ſanus eſſet/uel compos mentis talibus figmentis nequæ medicus/nequæ nutrix indigerent
Qua propter ſi omnes homines eſſent in illo prĩo gradu enumerato ſtante etiam animorũ mor
talitate ſtudioſi fierent. Sed quaſi nulli ſunt illius diſpoſitionis. Quare aliis ingeniis incedere ne/
ceſſe fuit. nequæ hoc in conuenit. Cum humana natura fere tota ſit ímerſa materiæ: parumquæ
intellectus participet. Vnde magis diſtat homo ab intelligentiis/quam eger aſano/puer auiro &
inſipiens a ſapiente. Non itaquæ mirum eſt ſi talibus utatur politicus &c./In quinto autem prin/
cipali/duo tangebantur. Vnum de hiis que uiſa ſunt inſepulcris/alterum uero de ſomniis. Ad ho
rum igitur primum dicitur primo quod multa inter hiſtorias conumerantur / que tamen mere
fabule ſunt. Dicitur ſecundo quod in locis ſepulcrorum/ut impluribus aer eſt ualde groſſus tum
ex euaporatione cadauerum / tum ex frigiditate lapidum. Ex multiſquæ aliis que aeris ſpiſitudi/
nem inducunt. Verum ut. tertio methæororum capitulo de hyride dicitur/talis aer faciliter reci
pit ydola rerum circonſtantium ſicut ſpeculum recipit figuras. Quare uiſa in aere ſic diſpo/
ſito a rudibus hominibus exiſtimantur eſſe res/que ibi uidentur. Sicut pueri aſpicientes in ſpecu
lo/uel in aqua. credunt ea quæ in eis uidentur uere eſſe ibi. Refert namqꝫ Ariſtoteles de quodam
debilis uiſus/aſpiciente in nocte ſuam umbram / ipſum exiſtimaſſe eſſe uirum inſequentem ip/
ſum. Quo fit ut rudes homines propter tale accidens exiſtimant illa eſſe animas defunctorum.
Adiuuat etiam ad hec imaginatio & uniuerſalis fama. Quare ut refert Ariſtoteles in. Secundo ca
pitulo de ſomno & uigilia multa ab exiſtentibus intimore / & aliis paſſionibus eſto ꝙ uigilent/
exiſtimantur uideri quæ tamen non ſunt. Sicut contingit egrotantibus. Tertio dicitur/hoc mul
tociens contingere propter illuſiones & dolos malorum ſacerdotum ut legitur danielis ultimo.
de ydolo abel. Multi namqꝫ ſacerdotes/& templorum cuſtodes quatuor uirtutes Cardinales co/
mutauerunt in ambitionem/auaratiam/gulam/& luxuriã. Et adꝰ hæc uitia oĩa alia conſequunť.
Quare ut optatis perfruantur hiis fraudibus & fictionibus utunť. Sicut tempeſtate noſtra aliquã
do contigiſſe ſcimus. 4. diciť/quod cũ multe grecoꝝ & Romanoꝝ hiſtoriæ. mirabilia referãt. in
ortu nãqꝫ & ocaſu uiroꝝ mẽoria dignoꝝ portẽta apparuiſſe certiſſimũ eſt. Suetõius nãqꝫ trãqllus

in libro de duodecim ceſaribus/magna ſigna & ꝑ aues/& deorū reſponſa:& multa alia narrat. Nō minus plutarcus in libro de uitis illuſtrium uirorum Virgilius quoqꝫ noſter in fine primi Georgicorū hæc cecinit.

Tempore quamq̄ illo tellus quoqꝫ & æquora ponti.
Obſceniqꝫ canes/importunæqꝫ uolucres
Signa dabant quotiens ciclopum efferuere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus ætnam
Flãmarumqꝫ globos liquefactaqꝫ uoluere ſaxa
Armorum ſonitum toto germania cælo
Audiit inſolitis tremuerunt m otibus alpes
Vox quoqꝫ per lucos uulgo exaudita ſilentes
In gens & ſimulacra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis pecudesqꝫ loquutæ
In fandum ſiſtunt amnes/terræqꝫ deiſcunt
Et mœſtum illacrimat templis ebur æraqꝫ ſudant &c.

Non minus multa lucanus comemorat: Machabeorū quoqꝫ ſecundo capite. 5. ſic ſcribitur. Eodem tēpore anthiocus ſecundā profectionē parauit in egiptum. Contingit autem per uniuerſam hieroſolimorū ciuitatē uideri diebus quadraginta per aera equites diſcurrentes: auratas ſtolas habentes/& haſtas: quaſi cohortes armatas: Et curſus equorū per ordinē digeſtos. Et congreſſiones fieri cominus & ſcutorum motus. Et galeatorū multitudinē gladiis diſtrictis. Et tellorū iactus & aureorū armorū ſplendorē/omniſqꝫ generis loricarū. Qua propter oēs rogabant in bonum monſtra conuerti. Quare priores reſponſiones plene euacuare non uidentur. Talia autē negare uidetur eſſe magne pertinacie & īpudentiæ. Qua propter aliter dicendū eſt. Conceſſo igitur quod non ſint fictiones aut illuſiones/aut noſtre imaginationes. dicendū eſt. Quod chriſtiani & quaſi uniuerſaliter omnes leges/& Plato:& Auicenna & multi alii ponunt hæc fieri: uel adeo/uel per ſuos miniſtros quos angelos apellamus. ſi boni ſint: ſi mali/demones. uerū eſt ꝙ aliqua differentia eſt inter eos de qua nunc non eſt cura. Iſtiqꝫ ſimpliciter concedunt animā humanā eſſe immortalē & multiplicatā ut ſatis notū eſt. uerū hoc manifeſte repugnat dictis Ariſtotelis cū nulla ſit īmaterialis ſubſtantia quæ orbē non moueat nāqꝫ. 12. methaphyſicæ ſecundū numerū orbiū/ponit numerū intelligentiarū. Neqꝫ eſt aliquis effectus hic inferior qui non reducatur ſecundū eū in primū motum ut patet. 8. phyſicoꝝ & in primo metheororū. Amplius/quia euidenti ratione naturali hoc/uidere meo/monſtrari non poteſt. Quare non ſtabimus infra limites naturales/ꝗ tamen polliciti ſumus aprincipio. ideo Alexander aphrodiſeus/ut refert Diuus Thomas in queſtione diſputata de miraculis/Articulis. 3. &. 10. in corpore queſtionis dixit: hæc prouenire a ſubſtantiis ſeparatis/mediantibus corporibus cæleſtibus/ſecundū uirtutes ſtellarū/ſecundū coniunctiones & oppoſitiones earū. Et uere ſi iſti effectus conceduntur. ſecundū perhipateticos aliter dici non poteſt. Cū mundus totus hic inferior illi ſuperiori ſit contiguus/ut inde omnis uirtus gubernetur. Sicut dicitur in principio metheororū. Iſtud quoqꝫ non irrationabiliter uidetur eſſe dictū. Et. n. Alexander tenet/deū & intelligentias habere prouidentiā de iſtis inferioribus. Quemadmodū ex eius ſententia notat Diuus Thomas in expoſitione. 56. textus. 2. de cælo. Et hoc expreſſe Alexander ipſe confitetur in libro de fato. Quare pro temporū & locorū conditionibus/iſtis inferioribus prouidet. Et de regibus & prophetis/atqꝫ de aliis euentibus. Quod igitur aliquando talia apparuerunt/ut dictū eſt in libro machabeorū/deſignabat bella futura ſicut exitus denotauit. licet fo?taſſis/& illa euitari ſecundū Alexandrū poterant. Cum ponat in libro de fato uoluntatem liberā. Neqꝫ mirandū eſt ſi talia a corporibus celeſtibus figurari poſſunt. Cum animata ſint nobiliſſima anima queqꝫ omnia inferiora generent & gubernent. Conſimile dicatur/de hiis quæ. T. liuius/ſuetonius/Virgilius/Plutarchus & Lucanus referunt. Nam ſi precedunt ſigna ueris/æſtatis & aliorum temporū/ut manifeſtū eſt/q̄to magis ille intelligentiæ debēt eſſe ſolicite de natura humana. Quod quidem clariſſimū eſt uidere. Non enim memini me legiſſe uitam alicuius excellentis uiri in quacūqꝫ re/niſi in ortu/& in occaſu: multa preceſſerint īmo in multis ſuis actibus. Qđ qꝫ platonici geniū/ſiuæ demonē familiarē appellant. Apud perhipateticos eſt eius genitura: quia talis natus eſt cum tali conſtellatione ille uero cū alia ſi ſine illa multiplicatione demonū/& geniorum ſaluare poſſumus. ſuperuacaneū uidetur illa ponere: Cum hoc ꝙ illa etiam rationi non conſonant. corpora ergo cæleſtia ſecundū ſuas uirtutes: hæc miranda producunt pro mortalium utilitate. Et maxime hominū. cum diuinitatis humana natura ſit particeps. Refert nāqꝫ Ariſtoteles: 3. de hiſtoriis Capite. 20. ꝙ in lemno inſula capri ex māmis quas geminas iuxta genitale gerebat/tantū lactis emulxiſſe ut coloſtra inde conficerent: Cūqꝫ domius pecoris oraculum conſuleret/re

ſponſum habuiſſe/amplius iẽncremtum peculii futurum. Quod ſic fore compertum eſt. Si itaqꝫ
de pecoribus portenta dant/qnanto magis de hominibus. Verum Diuus Thomas pluribus
ſubtilibus rationibus hanc opinionem impugnat. Primo quia hæc in ordinate fiunt. Quæ uero
a natura fiunt. 2. &. 8. phyſicoꝝ ordinate fiũt. Secundo quia aliq fiunt effectus in huiuſmodi appa/
ritionibus qui non poſſunt reduci in corpus cæleſte: ut locutiones & preſertim futurorum. Cum
iſta non poſſint fieri niſi ab habente intellectum talia autem multotiens ſunt inanimata: aut intel
lectu carentia/ut ꝙ beſtia loquatur: uel in aere uoces humanæ ſensiantur/uel aliquod tale. tertio
quia quædam fiunt quæ uirtute corporum cæleſtium fieri non poſſunt. ut ꝙ uirgæ inſerpentes
uertantur. Quare nulla uidetur reſponſio. Verum mihi hæc concluſionem probare non uident᷑.
Ad primũ nãqꝫ dicitur/quod ĩmo talia ordinate fiunt/& quo ad tempora/& quo ad loca. Et per
cauſas determinatas &c. ſignum/quia multi aſtrologi ſciunt iſta prædicere. Et de prodigiis futu/
ris: de ſtatuum mutationibus/& in locis determinatis: ſicut uiſum eſt multotiens. Quod autem
nobis uideantur indeterminata/hoc ex noſtra ignorantia prouenit. De. 2. uero tam adiuo Thoma
magnificato. Nolo dicere ꝙ miror. ſed ꝙ ego non recte intelligo. Huiuſmodi enim effectus/& lo
cutiones. ſecundum ipſum. fiunt ab intelligentiis: quandoqꝫ bonis/quandoqꝫ malis. Et permiſſio
ne diuina; quandoqꝫ ab animabus humanis iam a corpore ſeparatis. Verum omnia talia non ſunt
tunc formæ illorum corporum/ſiue animatorũ ſiue inanimatorũ: quæ ſentiuntur ſic loqui. Sũt
ergo tantum motores. Quare igitur intelligentiæ mouentes corpora cæleſtia hoc facere non poſ
ſunt? Cum ſuis inſtrumentis quæ tot & tanta faciunt: pſitacos/picas/coruos/merulas/& ſic de ſin
gulis. loqui. Non uideo cur tam a perte ipſe hæc negat preſertim quoniã ſecundũ ipſum. 51. que
ſtione prĩe partis ſumme ponit angelum loqui ſiue alium ſonũ facere per corpus aereum condẽ
ſatum & figuratum modo corpora cæleſtia per ſuas uirtutes & coniũctiones ſtellarũ. hec & mul
to maiora. faciũt quia. & animalia faciunt & ſtupenda ut patet in lapidibus & herbis quare & hæc
Et confirmatur. quoniã conciliator in expoſitiõe. 26. problematis. undecĩe particule. problema eſt
Cur aliqui cum ſtatim naſcuntur loquuntur. Dicit haly ebenragel de natiuitatibus hæc ſcribit.
Rex noſter uocauit nos/eo ꝙ una ex mulieribus ſuis peperit filium & fuit aſcendens. 8. graduum
libræ/terminus mercurii & in ipſo fuerunt Iupiter/Venus Mars & Mercurius. Et conuenit illic
una ſocietas aſtrologorum. Quorũ quilibet dixit ſuam opinionem. Et ego tacui. Tunc Rex dixit
mihi quid habes? Cur non loqueris? cui reſpondi. Date mihi terminum trium dierum: quia ſi fi
lius ueſter tranſierit tertium diem/erit de ipſo miraculum magnũ. Et cum natus compleuit. 24.
horas incepit loqui/& facere ſigna cũ manu. Et rex multũ expaueſcit. unde & ego dixi. poſſibile
eſt qđ dicat aliquam prophetiã/& aliqꝺ miraculum. Et tunc cum rege fuimus adꝗ puerum. Et di/
xit puer. Ego ſum natus infortunatus/& natus ſum ad indicandum amiſſionẽ regni agedeir/&
deſtructionem gentis almanni. hic ſtatim cecidit & mortuus eſt. Et compertũ eſt ut dixit. Modo
iſte puer/uel locutus eſt per ſpiritum/uel ex ſe. Non primum quia haly per aſtrologiam neſciuiſ/
ſet prædicere quæ dixit. ergo ex ſe. i. ab intrinſeco/& non per cognitionem quã habuit ab aliquo
homine: ergo ex uirtute intelligentiarum & corporũ cæleſtium. quare & in aliis ſic poteſt contin
gere. Quod ſi dicatur. omnis doctrina & diſciplina: fit expreexiſtenti cognitiõe. Huic dicitur/qđ
iſta non eſt doctrina/uel diſciplina neqꝫ cognitio propriæ. Cuius ſignum eſſe poteſt: qđ iſti uates
cum ſunt extra furorem/nihil recordantur ĩmo negant ſe illa dixiſſe. ſed ab impetu cæleſti mo/
uentur quare Plato in menone/& impleriſqꝫ aliis locis dicit: uates ꝗ plurima uera nunciant/nihil
tamen eorum quæ loquuntur intelligunt. et. 30. problematum primo problemate ſibillæ & ba/
che/& omnes qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur/impetu inducuntur. Conciliatorqꝫ ibi in
expoſitione dicit. ego audiui a fideli medico/quod mulier quedam illiterata dum eſſet malanco
lica. latinum loquebatur congruuũ. Qua ſanata euanuit. Quod eſſe non uidetur niſi ex diſpoſi/
tione corporis cum motu aſtrorum Ad tertium uero dicitur. quod peripatetici dicerent illas eſ
ſe illuſiones ſicut multi faciuut per alterationem aut medii aut oculi uel ſi fuit uerum nõ ſumus
in terminis quia ſecludimus miracula. Quod autem ulterius adiungebatur de ſomniis. Nam il
lo & maiora concedimus Auerois namqꝫ qui non ponit animas multiplicari in capitulo de diui/
natione ſomniorum illud abunde concedit. et galenus qui animam putauit mortalem. immo
multa in medicina habita ſunt per ſomnia. uerum hæc non arguunt animam ĩmortalem ſimpli/
citer ſed deos curare inferiora. Quare & per ſigna in uigilia/& per ſomnia multa docent & proui
dent rebus humanis. ſicut abunde ibi dicit Auerois. quod autem dicitur de illis archadibus non
eſt mirum cum Plato. 5. de Re publica dicat: delinquentium in peregrinos/deus eſt ultor. Quod
aũt de pãphilo adducitur. Ille apologus eſt ad retrahendum ciues. Cur autem aliqui relinquntur
impuniti/uel remunerati aliqui uero contrario/non eſt preſentis conſiderationis. Et multa pul
cra & difficilia ibi tangit cõmentator quæ non ſunt pro noſtra intentione. Ad quintum uero de
demoniacis poteſt per hæc quæ dicta ſunt Reſponſio patere. Nam omnes tales aut atra biliuexã

tur aut íſania/aut extaſim patiũť.aut morti ꝓximi alieĩq; a cogitatiõibus hũanis:quo fit ut q̃ſi in aíati & irratiõabiles fiãt.pp ꝙ motus celeſtes recipere poſſũt Magiſq; aguntˊ & dicuntˊ ab ĩpetu li/ phatico/q̃ agant uel ducãt.Cuius euidentiſſimũ ſignũ eſt/quoniã ut dicit Plato/& Ariſto.conſen tit:non intelligunt quæ dicant. Verũ ueluti beſtiæ ab alio mouentˊ Vnde ĩprouerbio eſt/pueros/ & ſtultos prophetizare. At ſapientes & ſui compotes ab huiuſmodi alienos eſſe. Neq; de hoc ali/ quis mirari debet quando quidem Ariſtoteles nono de hiſtoriis capite.trig.prĩo.ſic ſcribat.Tem pore quo apud pharſala hoſpites medie peciere.corui locis athenarum peloponeſſiq; defuerunt. Quaſi ſenſum haberent aliquem quo inter ſe rerum euenta ſignificarent:& mouerẽtur. Si enim corui talia futura ex celo ſenſerunt.Cur non & homines parum a coruis diſtantes.Cum minime habeant de intellectu.conſideret igitur ſic obiciens beſtias/a quibus & augures ſummũt ſua præ ſagia.Quod uero Augurandi ars/non ſit penitus uana grecorum & romanorum declarant hiſto riæ.Inſtituitq; plato in libro de legibus in ciuitate recte ordinata augurandi art m non eſſe præ/ termittendam.Ariſtoteles quoq; primo de hiſtoriis Capite decimo ſexto quoq; capite ſecundo. Et nono eiuſdem capite primo nonnulla comemorat de arte Augurandi. Quod ſi aues/multaq; ratione carentia indicare poſſunt ex cælleſtium impreſſione Cur non & homines illis ſimiles Qđ etiam firmatur/quoniam aliter aſtrologi tam certe iudicare non poſſent.Sicuti uiſum eſt/niſi uir tutes cæleſtes in hæc inferiora imprimerẽt. Quod ſi aliquando mentiri uidentur hoc eſt quoniã uel imperiti ſunt uel non recte genituram acceperunt / uel ex libero arbitrio dominante cæleſti/ bus illud contingit. Ad ſeptimũ uero dicitur quod minime Ariſtoteles ſenſit animam poſt mor/ tem remanere/uerum oppoſitũ.Et ad illud primi ethicorum ſatis patet/cum dicat neq; prodeſſe neq; nocere eis:Cum nihil ſint:ſed tantum exiſtimatiõi quæ de eis habetur.Quale eſſe homerus in mente habet/tale eſſe enim & mortui habent Ad ſecundũ de ſecundo Economicæ dicitur qđ uel adiis mulieres ille merite ſunt in uita:non enim ibi dicitur poſt mortem uel ſi poſt mortem: intelligitur hoc quantum ad exiſtimationem quæ habetur de eis . Vel ut inducat alias mulieres ad cõſimilia opera. Ad octauum uero & ultimum/in quo dicebatur uiros impuros & flagitioſos ſuorumq; ſcelerum conſcios aſſerere animas mortales:at ſanctos & iuſtos ĩmortales.Ad hoc di/ citur:ꝙ neq; uniuerſaliter uiri impuri ponunt mortalitatem/neq; uniuerſaliter temperati ĩmor talitatem.Manifeſte enim uidemus multos prauos homines credere legibus/uerum ex paſſioni bus ſeduci multos etiam uiros ſanctos & iuſtos ſcimus mortalitatem animarum poſuiſſe.Plato náq; in primo de Re publica dicit ſimonidem poetam Virum diuinũ & optimum fuiſſe / qui ta/ men eam mortalem aſeuerat homerus quoq; ut Ariſtoteles ſecundo de anima refert exiſtimauit ſenſum ab intellectu nõ differre.Quæ autem fuerit homeri dignitas quis ignorat.Hipocras quo q; & Galenus uiri doctiſſimi & optimi huius peribentur opinionis.Alexander aphrodiſæus:ma gnus alfarabius/Abubacher/Auempace:ex noſtratibus quoq; Plinius ſecundus/ſeneca/ĩnumeri/ q; alii hoc ſenſere.Seneca náq; libro.7.Epiſtolarum ad lucillum/epiſtola.54.que incipit/longum mihi comitatum dederat mala ualitudo . Manifeſtiusq; inde conſolatione ad martiam/affirmat ipſam eſſe mortalem.Multoſq; alios Audioſos & uiros doctiſſimos conumerat eiuſdem opinio nis fuiſſe.Et hoc ideo/quoniã ſolam uirtutem exiſtimauerunt eſſe fælicitatem: uitium uero/mi ſeriam.Cæteraq; alia bona neglexerunt.Niſi q̃tum uirtuti deſeruiunt.quæq; uirtuti obſtant a ſe ipſis eiecerũt.Exiſtimandũq; eſt/multos uiros ſenſiſſe animam mortalem.qui tamen ſcripſerunt ipſam eſſe ĩmortalem.Sed hoc feciſſe ex pronitate uirorum ad malum / qui parum aut nihil ha/ bent de intellectu bonaq; animi non cognoſcentes/nec amantes/tantum corporalibus in cumbũt Quare huiuſmodi ingeniis neceſſe eſt eos ſanare ſicut & medicus ad egrum / & nutrix ad puerũ ratione carentem ſe habẽt.Per hæc/ut puto/Et alia ſolui poſſunt . Nam quod comuniter dicitur ſi anima eſt mortalis homo deberet totum ſe tradere uoluptatibus corporalibus/omnia mala cõ mittere ad ſui utilitatem uanumq; eſſet deum colere/diuina honorare.preces ad deum fundere/ ſacrificia facere/cæteraq; huius generis.Satis reſponſio patet per ea quæ dicta ſunt Nam cum na turaliter fælicitas appetatur / & miſeria fugiatur & per dicta fælicitas conſiſtit in actu uirtuoſo/ miſeria uero in actu uitioſo/Cum ex tota mente deum colere diuina honorare/fundere ad deum preces/ſacrificare ſint actus maxime uirtuoſi/ideo debemus totis uiribus inniti ad acquiſitõiem iſtorum.E contrario uero.furta rapinæ homicidia/uita uoluptuoſa ſunt uitia que faciunt hom nem tranſire in beſtiam & deſinere eſſe hominem ideo ab hiis abſtinere debemus . Et anima ad uertas ꝙ ſtudioſe operans non expectans præmium aliud a uirtute longe uirtuoſius/& magis in/ genuæ uidetur operari/q̃ ille qui ultra uirtutẽ premium aliquod expectat quiq; fugit uitium ob turpitudinem uitii non propter timorem pæne debite pro uitio/magis laudandus uidetur q̃ qui euitat uitium propter timorem pene:iuxta illud oderunt peccare boni uirtutis amore : oderunt peccare mali formidine pænæ. Quare perfectius aſſerentes animam mortalem melius uidentur ſaluare rationẽ uirtutis q̃ aſſerentes ipſam ĩmortalem.ſpes náq; præmii.Et pene timor/uidentur

ſeruilitatem quandam importare quæ rationi uirtutis contrariatur &c. Pro complemento hu/
ius opinionis ſciendum eſt ꝙ queadmodũ docet Ariſto. in libris de generatione aïaliũ natura gra
datim procedit & ordinate ita ꝙ non coniungit ĩmediate extremũ extremo ſed extremũ medio
uidemus. n. inter herbas & arbores mediare uirgulta. inter uegetabilia & animalia eſſe animata ĩ
mobilia: ut hoſtreas & cætera huius generis & ſic ulterius aſcendendo qđ & beatus Dioniſius. 7
capitulo de diuinis nominibus inſinuat cum dicit ꝙ diuina ſapientia coniungit fines ſuperiorum
principiis inferiorum. homo autẽ ut dictum eſt perfectiſſimum eſt animalium quare qum inter
materialia anima humana primum obtiet locum coniunget ergo cum immaterialibus mediaqꝫ
eſt inter materialia & ĩmaterialia medium uero comparatum extremis dicitur alterũ extremorũ
quare ĩmaterialibus cõparata poteſt dici materialis & reſpectu materialiũ ĩmaterialis. neqꝫ tantũ
iſtas denominationes meretur uerum & de proprietatibus extremorum participat nam uiride
comparatum albo non ſolum dicitur nigrum uerum & congregat uiſum ſicut & nigrum licet
non tam intenſe. quare & humana anima habet de proprietatibus intelligentiarum & habet de
proprietatibus omnium materialium: quo fit ut quando exercet opera cum quibus cõuenit cum
intelligentiis dicatur diuina & tranſmutari in deos; quando uero exercet opera beſtiarum dicitur
tranſmutari im beſtias; nam exmalitia dicitur ſerpens uel uulpes/ex crudelitate tigris: & ſic dereli
quis: nihil enim eſt in mundo ꝙ ex aliqua proprietate non poſſit conuenire ipſi homini: qua pro/
pter non ĩmerito homo dictus eſt michocroſmus ſiue paruus mundus: grande igitur miraculũ
quidam dixerunt eſſe hominem/cum totus mundus/ſit & in unam quãqꝫ naturam uertibilis: cũ
ſibi data eſt poteſtas ſequi quãcũqꝫ proprietatem rerum maluerit: Recte igitur apologizauerunt
antiqui cum dixerunt aliquos homines eſſe factos deos/aliquos leones/aliquos lupos/aliquos a/
quilas/aliquos piſces/aliquos plantas/aliquos ſaxſa/& ſic decæteris: cum aliqui homines inſequti
ſunt intellectum/aliqui ſenſum/aliqui uires uegetatiuæ: & ſic decæteris. Quicumqꝫ ergo prepo/
nunt uoluptates corporales uirtutibus moralibus ſiue intellectiuis/magis faciunt beſtiam quam
deum: qui diuitias/magis aurum; quare illi beſtiæ/iſti inſenſati appellandi ſunt. Non igitur exiſtẽ
te anima mortali/uirtutes ſunt ſpernende/& uoluptates proſequendæ: niſi malit aliquis eſſe be/
ſtia quam homo/& inſenſatus quam ſenſatus ſiue cognoſcens. Scire tamen oportet ꝙ q̃tumcũqꝫ
homo ſic de materiali & immateriali participet / tamen proprie dicitur immateriale participa/
re quia multum defficit ab ĩmaterialiate: ſed non proprie dicitur brutis & uegetabilibus partici/
pare/uerum ea continere nam infra ĩmaterialia eſt & eſt ſupra materialia: qua propter non poteſt
ad perfectionem ĩmaterialium deuenire: unde neqꝫ dii appellati ſunt ſed diui uel diuini. Verum
nedum poteſt equare ſe homo beſtiæ/ĩmo beſtiam ſuperare. Nam quidam homines longe crude
liores qua cũqꝫ beſtia exiſtunt: dicente Ariſtotele. 7. ehticorum malus homo decies milies peior
eſt beſtia. Et ſicut dictum eſt de crudelitate ita dicatur de reliquis uitiis. Cum itaqꝫ tam fædum
ſit uitium: tam iniqua ſit hominis uitioſi uita: e contra uero de uirtute: quis igitur exiſtente etiã
anima mortali magis eligeret uitium q̃ uirtutem: niſi mallet eſſe beſtia ſeu deterior beſtia q̃ ho/
mo quare &c.

Caput quintumdecimum & ultimum/in quo ponitur
ultima concluſio in hac materia: quæ ſentẽtia mea
uidetur indubie ſuſtinenda.

Iis itaqꝫ ſic ſe habentibns/mihi ſalua ſaniori ſententia in hac materia dicendum uidetur
h quod queſtio de ĩmortalitate animæ eſt neutrũ problema. ſicut etiam de mundi æterni
tate. Mihi namqꝫ uidetur ꝙ nulle ratiões naturales adduci poſſunt cogentes animam eſ/
ſe ĩmortalem: minuſqꝫ probantes animam eſſe mortalem. Sicut q̃ plures doctores tenentes eam
immortalem declarant. Quare nolui ponere reſponſiones ad alteram partem cum alii ponant.
Et precipue Diuus Thomas luculenter copioſe/& grauiter. Qua propter dicemus ſicut dixit Pla
to in primo de legibus. Certificare de aliquo cum multi ambigunt/ ſolius eſt dei. cum itaqꝫ tam
illuſtres uiri inter ſe ambigant/niſi per deum hoc certificari poſſe exiſtimo. Non uidetur autem
eſſe decens neqꝫ expediens/hominem tali certitudine carere Si enim in hoc ambigeret/ in certas/
& ſine fine aliquo actiones haberet quando quidẽ fine ignoto & quæ ad ipſum ſunt ignota eſſe ne
ceſſe eſt. unde ſi anima eſt ĩmortalis/terrena deſpicienda ſunt. Et æterna proſequenda At ſi mor/
talis exiſtat contrarius modus proſequendus eſt Quod ſi alia ab homine ſuos fines determinatos
habent/ quanto magis homo ipſe cum homo perfectiſſimum mortaliũ ſit ſoluſqꝫ ut Plato in de
re publica dicit deum colat & iuſtitiã. Qua propter dico quod ante donum uel aduentum gra/
tiæ/multiphariæ multiſqꝫ modis per prophætas & ſigna ſupernaturalia hanc queſtionem deus
terminauit: ut manifeſte per uetus teſtamentum eſt uidere. Nouiſſime autem per filium quem
conſtituit heredem uniuerſorum per quem fæcit & ſecula eam queſtionem dilucidauit: ſicut ſcri
bit a poſtolus in epiſtola ad hebreos Quod autem ille uere ſit dei filius/ uerus deus & uerus ho/

mo/aptiſſime & ſine dubio lumen chriſtiani noīs. Diuus Tho.aquinas in primo contra gentiles
capite.6.declarat quæ Ioannes ſcotus omniū ſententia mea ſubtiliſſimus uirq; in primis religio/
ſiſſimus ad numerū octonariū redigens enumerat imprologo libri ſententiaꝝ. Et.n.tam aperte
illa octo illud declarant ut niſi mente priuatus/aut ꝑtinax negare poſſet. Cū igiť ille uerus ſit de/
us/ipſe ſolus uere eſt lux per quā oīa uidenť:ut Ioannis prīo ipſeq; etiā ſolus eſt ueritas per quam
cætera uera ſunt.ut Ioannis.14.Ego ſum uia u. ritas/& uita. Veꝝ cū ipſe manifeſtauerit uerbo &
opere animā eſſe īmortalē:uerbo quidē cū malis minať ignē æternum:bonis uero uitā æternam
promittit:dicit nāq; uenite benedicti patris mei &c. Et ſubſequiť:ite maledicti in ignē eternum
&c.opere uero cū tertia die reſurexit a mortuis.ueꝝ q̃to lux diſtat a lucido & ueritas a uero/ et q̃
to cauſa infinita eſt potior effectu finito tanto efficatius hoc demonſtrat īmortalitatē animæ qua
re ſi quæ rationes probare uidenť mortalitatē anime/ſunt falſe:& apparentes:cū prīa lux/ & prīa
ueritas oſtendant oppoſitū. Si quæ uero uidenť probare eius īmortalitatē/uere quidē ſunt & luci
de.ſed non lux & ueritas. quare hæc ſola uia firmiſſima in cōcuſſa/& ſtabilis eſt.cætere uero ſunt
fluctuantes.Preterea oīs ars debet ꝑ propria & cōuenientia arti procedere. Aliter.n.peccat & in ar
tificioſe procedit ut poſterioꝝ & ethicoꝝ prīo dicit Ariſt. ſed animā eſſe īmortalem eſt articulus
fidei/ut patet per ſimbolū apoſtoloꝝ & athanaſii/ergo probari debet per propria fidei/Mediū aūt
cui initiť fides eſt reuelatio. Et ſcriptura canonica/ergo tantū uere & proprie ꝑ hæc habet proba/
ri:cætere uero rationes ſunt extranee inituntq; medio non probanti q̄ intendiť. Non igiť mirū
eſt. Si phyloſophi inter ſe diſcordant de īmortalitate aīæ cū argumentis extraneis concluſioni &
falacibus initanť. At oēs chriſticole concordes cū per ꝓpria & infalibilia ꝓcedunt:cū hæc nō poſ/
ſint eſſe niſi ſecundū unū modū. Amplius/qui infirmus eſt:ſanitatē ꝓcurat. Nemo aūt ſibi ipſi ſit
medicus. Quoniā & Tertio politicoꝝ diciť in ꝓpriis nemo recte iudicat/ cum impaſſionibus ſit.
quærat igitur alium:bonus autem medicus debet eſſe peritus in arte. Et bonorum morum :quo
niam neq; primum ſine ſecundo : neq; ſecundum ſine primo ſufficiunt.ſed ut inquit Plato/ uelu
ti diſtemperantia in humoribus eſt egritudo corporis / ſic ignorantia eſt animi egritudo igno/
rans igitur an anima ſit mortalis uel ne / ſcientem & bonum querat:duo autem genera hominū
profitenť hoc ſcire : infideles ſcilicet & chriſticole. Multi uero infidelium uiri doctiſſimi extite/
runt/at oēs feræ maculate uitæ. Vt alia taceā ſaltē inanis gloriæ:ſolūq; naturalia quæ obſcurā &
infirmā cognitionē faciunt/intellexerunt. At multi chriſticole/ni fallor/non minus illis in natura
libus cognouere:ut Paulus/Dioniſius/baſilius/athanaſius / origenes / duo gregorii/Nazanzenus
uidelicet & nicenus:auguſtinus hieronymus/ambroſius/gregorius. Et īnumeri alii:preterq; na/
turaliū cognitionē diuinoꝝ etiā habuerunt.que ut hieronymus dicit hoc doctus Plato neſciuit/
hoc eloquēs demoſthenes ignorauit:uitāq; īmaculatiſſimā duxerunt. Veꝝ quis/niſi/inſanus ma
gis crederet infidelibus ſic diſpoſitis q̃ chriſticolis tā bene dotatis. Mihiq; illud firmā fidē facit qđ
Auguſtinus mea ſententia nulli in doctrina ſecundus Et.n.minorē platone & Ariſto.non exiſtio.
chriſtiani noīs prīo inimicus/tā integerrime uite factus/ infine de ciuitate dei ſcribit tot ſe ocula/
ta fide uidiſſe miracula:Quæ intemeratā inuiolabilē & firmiſſimā fidē oſtendūt. Gregorius quo
q; papa cuiuis in doctrina & ſanctitate cōferendus tot & tanta in dialogis adducit: ut oīs prorſus
ambiguitas remoueať. Quare indubiæ ipſā īmortalē eſſe aſſerendū eſt:ueꝝ non ea uia incedendū
eſt/qua huius ſeculi ſapientes inceſſerunt. Qui cū ſapientes ſe dixerunt ſtulti facti ſunt. Quiſquis
n.hac uia ꝓcedet ut exiſtimo/ſemꝑ incertus & uagus fluctuabit unde credo qđ q̃tumcūq; plato
tot & tanta egregiæ ſcripſerit de animoꝝ īmortalitate firmitatē tamen nō habuiſſe exiſtimo. Qđ
coniecturo ex fine apologiæ ibi enim uidetur ſub dubio relinquere. In thimeo etiam cum de hoc
ſermonem habiturus eſſet dixit ſatis ſibi eſſe ſi in re tam difficili uериſimilia diceret. Quare om/
nia dicta eius conferendo /mihi uidetur magis opinando quam aſſerendo loqui. Conatusq; eius
eſt ciues bonos facere non autem doctos. Verum ut dicit Diuus Thomas ſecunda ſecunde Ari/
culo. 3. queſtionis primæ cum opinione falſa ſtat actus moralis At uia fidelium incedentes/ ſta
biles & in concuſſi ꝑmanent quod diuitiarum honorum/uoluptatū / et oīum mundanoꝝ contē
ptus declarat. Et demū corona martirii quā ardentiſſime affectabant/affectatāq; cū ſumma uolu/
ptate conſequebanť. Hæc itaq; ſunt quæ mihi in hac materia dicenda uidenť. Semper tamen me
& in hoc/& in aliis ſubiciendo ſedi apoſtolicæ. Quare &c. Finis impoſitus eſt huic tractatui ꝑ me
Petrum Filium Ioannis Nicolai pomponatii de Mantua. Die.24.menſis Septembris. M.D.X.VI.
Bononiæ Anno quarto Pontificatus Leonis.x. Ad Laudem indiuidue Trinitatis &c.

**F I N I S .·.**

Impreſſum Bononiæ per Magiſtrū Iuſtinianum Leonardi Ruberienſem Anno ſalutis.
M.ccccc.xvi. Die ſexta Nouembris.

## ERORES.

A.ii.more geram legi debet morem
A.iii.a tergo:in penultima linea operationem omnino dependentē.legi debet independentem
In ultima linea.eiuſdem loci.& non eſt al ius fingere. legi debet aliud
A.iiii.in linea ſexta intellectum non dependere.legi debet intellectum dependere
In eadem parte in linea.24.ímaterialitatis eſt non indigere legi debet materialitatis eſt indigere
In eadem parte in linea.37.contradicere legi debet contradiceret.
B.i.a tergo in linea.24.quocꝫ modo tamq̄ ſubiecti.legi debet quoquomodo
B.ii.linea.38.ſed ſimpliciter debet legi ſed non ſimpliciter
B.ii.in linea.38.ſed ſimpliciter.legi debet ſed non ſimpliciter
B.iii.in linea.18.& conuenit cum beſtiis.legi debet quoquomodo conuenit cum beſtiis.
B.iiii. a tergo in linea eſt ſecundum quid materialis debet legi ímaterialis
B.y.in linea incipiendo a linea.28.nos multum uiuificare intellectum debet legi uillificare
A tergo in linea.39.diui Thome uter debet legi utar
B.yi.a tergo incipiendo a cap.14.& honeroſum legi debet oneroſum
In.2.linea poſt quoniam fumoſum legi debet famoſum.
C.i.in linea.33.aliꝗ horum trium.legi debet aliquid
In linea.39.honeroſum legi debet oneroſum
C.ii.in linea.29.in ſuo genere ſupponantur debet legi preponantur
C.iii.linea.54.de ydolo abel debet legi bel
C.iii.in linea.48.umbram ipſum exiſtimaſſe legi debet ipſam
C.iiii.a tergo in linea.37.alios audioſos legi debet ſtudioſos.

Ex Bibliotheca Cottiana.

KNJIŽNA DEDIŠČINA
Knjižnica Koper
Biblioteca Capodistria
LIBRARY

OSREDNJA KNJIŽNICA SREČKA VILHARJA
BIBLIOTECA CENTRALE SREČKO VILHAR
KOPER - CAPODISTRIA
880002506
COBISS